portio chorde dupli arcus. a. g. ad chordam dupli arcus. a. b. huius aut demonstratio p[ri]me similis e[st]. Protrahā enim ad lineam. b. d. a. duas perpendicularares a. b. 7 a. g. que sint. b. r. 7 g. b. 7 q[ui] ipse sunt equidistantes: erit p[ro]portio. g. e. ad. e. b. sicut p[ro]portio. g. b. ad. b. r. 7 p[ro]pter hoc erit p[ro]portio. g. e. ad. e. b. sicut p[ro]portio chorde dupli arcus. g. a. ad chordam dupli arcus. a. b. Et illud volumus demonstrare.



Sequitur v[er]o hoc q[ui] cum fuerit hic arcus. g. b. solum notus. 7 fuerit p[ro]portio chorde dupli arcus. a. g. ad chordā dupli arcus. a. b. nota. scietur arcus. a. b. Quō sic p[ro]bat[ur] protrahā nāq[ue] in figura sibi huic forme etiam a puncto. d. semidiametrum. o. b. et perpendicularē ad chordam. b. g. que fit. d. r. Angulus ergo. b. o. r. cuius basis est medietas arcus. b. g. erit notus. quapropter totus triagulus. b. d. r. ortogonius est notus. Et q[ui] p[ro]portio. g. e. ad. e. b. est nota: 7 chorda. g. b. est nota: sciem[us] 7 hoc ē. b. 7 p[ro] consequē totā lineam. e. b. r. Et q[ui] d. r. est nota: erit angulus. e. o. r. trianguli. e. o. r. ortogonij notus. 7 sciet[ur] mus angulum. e. o. b. residuū: cuius quantitas est arcus. a. b. quem querebamus.


Et postq[ue] premisimus hec antecedētia: describam in superficie spherica arcus orbium maiorum. qui sint arcus. a. b. 7 a. g. 7 arcus. b. e. 7 g. o. sese secantes supra. r. Et sit quisq[ue] arcuū minorū semicirculo. Itāc v[er]o exceptionem cōmendabimus memorie in omnibus formis. Dico igitur q[uo]d p[ro]portio chorde dupli arcus. g. e. ad chordam dupli arcus. e. a. aggregatur ex p[ro]portionibus duabus. ex p[ro]portione chorde dupli arcus. g. r. ad chordā dupli arcus. r. d. 7 ex p[ro]portione chorde dupli arcus. o. b. ad chordam dupli arcus. b. a. Quō sic probatur. ponam enim cētrum spherē. h. 7 protraham a cētro ad p[ri]ncipia. b. z. r. 7 e. ubi se secāt circuli: lineas. b. b. 7 b. r. 7 b. e. 7 p[ro]trahā chordā. a. d. 7 p[ro]ducā b. b. que est medietas diametri: donec cōcurrāt supra punctum. t. 7 p[ro]traham duas lineas. g. a. 7 g. o. secātes duas lineas. b. r. 7 b. e. supra duo puncta. k. 7 l. sunt ergo in linea vna recta tria puncta: que sunt. t. 7 k. 7 l. q[ui] ipsa simul sunt in superficie trianguli. a. g. d. 7 in superficie circuli. b. r. e. De ergo due superficies se secāt in linea. l. k. t. cum ergo hec linea p[ro]trahatur: due linee. t. l. 7 g. o. se secabūt iter duas lineas. t. a. 7 g. a. 7 erit eaz[um] sectio supra. k. Dani festū est q[uo]d p[ro]portio. g. l. ad. a. l. aggregat[ur] ex duabus p[ro]portionibus. ex p[ro]portioe. g. k. ad. k. o. 7 ex p[ro]portioe. o. l. ad. t. a. p[ro]portio aut[em]. g. l. ad. l. a. ē sicut p[ro]portio chorde dupli arcus. g. e. ad chordā dupli arc[us]. e. a. sicut ostēdū ē i p[ri]mo q[ui]tuor circulozū p[re]cedētū hāc figurā. 7 p[ro]portio g. k. ad. k. o. est sicut p[ro]portio chorde dupli arcus. g. r. ad chordā dupli arcus. r. d. 7 p[ro]portio o. l. ad. t. a. ē sicut p[ro]portio chorde dupli arcus. o. b. ad chordā dupli arcus. b. a. quē admodū ostensum est in tertio q[ui]tuor circulozū p[re]cedētū hanc figurā. ergo p[ro]portio chorde dupli arcus. g. e. ad chordā dupli arcus. e. a. aggregatur ex duabus p[ro]portionib[us]. ex p[ro]portione chorde dupli arcus. g. r. ad chordā dupli arcus. r. o. 7 ex p[ro]portioe chorde dupli arcus. o. b. ad chordam dupli arcus. b. a. **C**irco aut[em] quod demonstratū est ex p[ro]portionibus linearū i forma superficiali p[re]cedēte declarat[ur] q[uo]d p[ro]portio chorde dupli arcus. g. a. ad cordā dupli arc[us]. a. e. aggregat[ur] ex duabus p[ro]portionib[us]. ex p[ro]portione chorde dupli arcus. g. o. ad chordā dupli arc[us]. o. r. 7 ex p[ro]portioe chorde dupli arc[us]. r. b. ad chordā dupli arc[us]. b. e. Et h[oc] itē dē m[od]o p[ro]bare.



Postq[ue] premisimus hoc capitulū:

ostendemus primū demonstrationes super hos arcus: quemadmodum narrabo 7 exemplificabo. Describam ergo orbem que reuoluūt duo poli simul: polus orbis equationis diei: 7 polus medij orbis signozū. Et signabo super ipsum. a. b. g. 7 describā in eo medietatē orbis equationis diei: supra quā sint. a. e. g. 7 medietatē orbis medij signozum: supra quā sint. b. e. d. qui se fecerit supra punctum. e. q[uo]d sit punctū equationis diei vernale Et sit tropicus hiemalis punctū. b. 7 tropicus estivalis p[ri]ncipū. d. Et ponam v[er]o polus orbis equationis diei sit punctum. r. arcus. a. b. g. 7 ponam v[er]o arcus. e. b. qui est orbis signozum: sit triginta s[ecundu]m quantitatem qua orbis maior est. 360. 7 describam arcum. r. b. t. qui sit orbis magni. 7 inuestigabo scientiam arcus. h. r. Et q[ui] abbozreo iterare sermonem in omni boza: Dico ergo q[uo]d cum nos nominamus in hoc loco: 7 in omni eius filii: qui est ex eis quos declaraturus sumus: numerū partium arcuum: aut partium chordarū: nolumus intelligere per partes arcuū nisi illas que sunt ex. i. 20. partibus diametri circuli. Et q[ui] in forma bozum orbium maiorum inter duos arcus. a. r. 7 a. e. sit duo arcus. r. t. 7 e. b. sese supra. h. secantes: sit v[er]o p[ro]portio chorde dupli arcus. r. a. ad chordam dupli arcus. a. b. aggregatur ex duabus p[ro]portionibus. ex p[ro]portione chorde dupli arcus. r. t. ad chordā dupli arcus. t. h. 7 ex p[ro]portione chorde dupli arcus. h. e. ad chordam dupli arcus. e. b. Itā autē sciimus q[uo]d dupli arcus. r. a. est. i. 80. 7 chorda eius. i. 20. 7 dupli arcus. a. b. s[ecundu]m q[uo]d considerauimus 7 conuenimus supra ipsum: s[ecundu]m

Dictio



proportione. 11 ad 83. est. 47. partes. 2. 42. m. 2. 40. 5. et est eius chorda. 48. pres et. 3. 1. minuta et. 5. 5. secunda. et dupli arcus. b. e. est. 60. partes. et eius chorda est. 60. partes. et dupli arcus. e. b. est. 180. partes. et eius chorda. 120. partes. Cum ergo nos proiecerimus ex p. portione. 120. partium ad quadraginta octo partes et. 3. 1. minuta et. 5. 5. secunda: p. portio nem. 60. ad. 120. remanebit proportio cho: de dupli arcus. r. t. ad chordam dupli arcus t. b. que est proportio. 120. ad. 24. partes. 2. 1. 5. minuta. 2. 5. 7. secunda. Dupli 30 arcus. r. t. est. 180. 2. 60. 2. 60. chorda. 120. linea ergo que subditur duplo arcus. t. b. fm illas pres est. 2. 4. partes. 2. 1. 5. minuta. 2. 5. 7. secunda. 2. similiter erit duplum arcus. t. b. 2. 3. partes. 2. 1. 9. minu ta. 2. 5. 9. secunda. 2. erit arcus. t. b. fm illas partes vndecim partes. 2. 40. minuta vicinius. **C**onā etiā yr arcus. e. b. fit. 60. pres. 2. dimittā que sunt preter ipsum in forma fm habi tudinem suam. Siet ergo duplum arcus. e. b. 120. partes. 2. chorda eius. 103. partes. 2. 5. 5. minuta 2. 2. 3. secunda. Cum ergo nos proiecerimus ex p. portione. 120. partium ad. 48. par tes. 2. 3. 1. minuta. 2. 5. 5. 2. p. portione. 103. partium 2. 5. 5. minutozū 2. 2. 3. secūdozū ad. 120. remanebit proportio cho: de dupli arcus. r. t. ad chordam dupli arcus. t. b. que est proportio 120. ad. 42. partes 2. minutū vñū. 2. 48. secunda. Chorda autem dupli arcus. r. t. est. 120. Quapropter erit chorda dupli arcus. t. b. fm illas partes. 42. partes. 2. minutū vñū 2. 48. se cūda. ergo dupli arcus. t. b. erit. 41. partes 2. circū 2. 1. 8. secunda. 2. arcus. t. b. fm illas par tes. erit. 20. partes 2. 30. minuta. 2. nouē secūda. Et illud est quod volumus demōstrare. **C** Similiter referemus partes arcuzū: 2. scribemus numerū earū in tabulis recipiētibz num erū quarte: que est. 90. partes. Et scribemus post vñūquēqz arcum ex latere consequentē numerum partium declinationis ipsius. **C** Tabularum autem descriptio erit sicut ego des scribam post hunc sermōnem.

CTabule quantitarum arcuum orbis meridiei: qui sunt inter orbem eq uat tionis diei et orbem medij signozum: qui sunt declinationis.

Partium orbis medij signozum Numeri cōes.			Declinatio nes.			Partium orbis medij signozum Numeri cōes.			Declinatio nes.			Partium orbis medij signozum Numeri cōes.			Declinatio nes.		
Partes	pres	m. 2.	Partes	pres	m. 2.	Partes	pres	m. 2.	Partes	pres	m. 2.	Partes	pres	m. 2.	Partes	pres	m. 2.
359	1	0 24 16	329	31	12 1 21	299	61	20 42 55	358	2	0 48 31	328	32	12 22 31	298	62	20 55 18
357	3	1 12 47	327	33	12 43 29	297	63	21 7 19	356	4	1 37 0	326	34	13 4 16	296	64	21 18 56
355	5	2 1 12	325	35	13 24 48	295	65	21 30 9	354	6	2 25 22	324	36	13 45 7	294	66	21 40 58
353	7	2 49 30	323	37	14 5 13	293	67	21 51 23	352	8	3 13 35	322	38	14 25 4	292	68	22 50 24
351	9	3 37 57	321	39	14 44 42	291	69	22 11 0	350	10	4 1 38	320	40	15 4 5	290	70	22 20 11
349	11	4 25 32	319	41	15 23 12	289	71	22 28 56	348	12	4 49 24	318	42	15 42 4	288	72	22 37 17
347	13	5 13 11	317	43	16 0 40	287	73	22 45 11	346	14	5 36 53	316	44	16 18 59	286	74	22 52 40
345	15	6 0 30	315	45	16 37 2	285	75	22 59 42	344	16	6 24 1	314	46	16 54 48	284	76	23 6 18
343	17	6 47 26	313	47	17 12 16	283	77	23 12 28	342	18	7 10 45	312	48	17 29 27	282	78	23 18 11
341	19	7 33 57	311	49	17 46 19	281	79	23 23 27	340	20	7 57 3	310	50	18 2 53	280	80	23 28 16
339	21	8 20 0	309	51	18 19 7	279	81	23 32 38	338	22	8 42 50	308	52	18 35 3	278	82	23 36 33
337	23	9 5 32	307	53	18 50 39	277	83	23 40 1	336	24	9 28 5	306	54	19 5 54	276	84	23 43 0
335	25	9 50 29	305	55	19 20 50	275	85	23 45 33	334	26	10 12 43	304	56	19 35 25	274	86	23 47 38
333	27	10 34 48	303	57	19 49 38	273	87	23 49 15	332	28	10 56 42	302	58	20 3 31	272	88	23 50 25
331	29	11 18 27	301	59	20 17 1	271	89	23 51 6	330	30	11 59 59	300	60	20 30 9	270	90	23 51 20

Capitulum decimumquartum De scientia quantitatis arcuum equationis diei: qui eleuant in sphaera directa cum arcibus orbis signorum datis.



A post hoc demonstrabo numerū

quantitatu arcuū equationis diei: quos separat orbis descripti super duos polos equatiois diei: 2 sup partes parvas orbis signorū. Et per hoc scies in quāto tpe tēporū horarū equalitū p̄trāseūt p̄tes date orbis signorū orbē meridiei in omni loco: 2 p̄trāseūt hōrizontā sphaere recte. Et hoc est qm̄ apud illum tñ est hōrizon descriptus supra duos polos equationis diei.

Non horizon transit per amboz polos s; q; meridialis et solarius. Et in quādam latitudo 7 polos amboz p̄trāseūt ad p̄m̄m̄ horizonem t̄m̄.

Ergo describā formam cuius declaratio p̄cessit. 2 ponam p̄imum arcū. e. h. orbis signorū. 30. partes. 2 p̄scrutabor inuentionē arcus. e. t. orbis equationis diei. Scdm̄ illud ergo qd̄ p̄m̄issimus: proportio chorde dupli arcus. r. b. ad chordam dupli arcus. b. a. aggregatur et duobus proportionibus. et proportioe chorde dupli arcus. r. b. ad chordam dupli arcus.

t. h. 2 et proportioe chorde dupli arcus. t. e. ad chordam dupli arcus. e. a. Duplum vō arcus r. b. est. 1 3 2. ptes. 2. 1 7. minuta. 2. 20. secūda. 2 chorda eius est. 109. partes. 2. 44. minuta. 2. 53. secūda. 2 duplum arcus. b. a. est. 47. partes. 2. 42. minuta. 2. 40. secūda. 2 eius chorda 48. partes. 2. 3. 1. minuta. 2. 5. secūda. Duplum quoq; arcus. r. b. est. 1 5 6. partes. 2. 40. minuta. 2. 00. secūda. 2 eius chorda est. 117. partes. 2. 31. minuta. 2. 15. secūda. 2 duplū arcus. b. t. est. 23. partes. 2. 19. minuta. 2. 59. secūda. 2 chorda eius. 24. partes. 2. 15. minuta. 2. 57. secūda.

Sum ergo nos potecerimus et proportioe. 109. partium 2. 44. minutozum 2. 53. secūdozum: ad. 48. partes. 2. 3. 1. minuta. 2. 5. secūda: proportioem. 117. partium. 2. 31. minu. 2. 15. secūdozum: ad. 24. partes. 2. 15. minuta. 2. 57. secūda. remanebit proportio chorde dupli arcus. t. e. ad chordam dupli arcus. e. a. 2 ipsa est proportio. 54. partium. 2. 52. minutoz. 2. 26. secūdoz. ad. 117. partes. 2. 31. m̄. 2. 15. 2. est etiam proportio. 56. partium 2. vnius minuti et. 53. secūdoz. ad. 120. duplū vō arcus. e. a. est. 180. 2 ei⁹ chorda est. 120. ergo chorda dupli arcus. t. e. fm̄ illas partes est. 56. partes. 2. minutum vnum 2. 53. secūda. Quapropter erit duplū arcus. t. e. 55. partes. 2. 40. minuta vicinius. 2. t. e. fm̄ illas p̄tes erit. 27. partes. 2. 50. minuta.

Ponā etiam arcum. e. h. 60. partes. 2 dimittā reliqua que sunt in forma fm̄ suam habitudinem. Et igitur ouplum arcus. r. b. 138. partes. 2. 59. minuta. 2. 42. secūda. 2 eius chorda. 112. partes. 2. 23. minuta. 2. 56. secūda. 2 ouplum arcus. b. t. 41. partes 2. 36. 2. 8. secūda. 2 eius chorda. 42. partes 2. minutū 2. 48. secūda.

Ergo cū nos etiā potecerimus et p̄portioe. 109. p̄tiū. 2. 44. m̄. 2. 53. secū. ad. 48. partes 2. 31. m̄. 2. 15. 2. proportioe. 112. p̄tiū et 23. m̄. 2. 56. secū. ad. 42. p̄tes 2. 1. m̄. 2. 48. 2. remanebit proportio chorde dupli arcus. t. e. ad chordā dupli arcus. e. a. q̄ ē proportio. 95. partium 2. 1. m̄. 2. 4. 1. secū. ad. 112. p̄tes. 2. 23. m̄. 2. 56. 2. q̄ ē etiā sicut proportio. 101. p̄tiū 2. 2. 8. minutozum 2. 20. secūdoz. ad. 120. partes. Chorda aut̄ dupli arcus. e. a. est. 120. quapropter erit chorda dupli arcus. t. e. fm̄ illas partes. 101. partes 2. 28. minuta 2. 20. secūda vicinius. 2 arcus. t. e. fm̄ illas partes. 57. partes 2. 44. minuta.

Tā ergo declaratū est q̄ p̄tium 2. 50. minutoz partium orbis equationis diei fm̄ hunc modum. Et secūde. 12. partium orbis signorum tempus eleuationis equatur tempori eleuationis. 29. partium 2. 54. minutoz partium equationis diei. 3ā enim ostēsum est: q̄ ipse simul sunt. 57. ptes 2. 44. minuta. Et manifestum est: q̄ tertie. 12. partium orbis signorum tempus eleuationis equatur tempori eleuationis residui quarte orbis equationis diei: qd̄ est. 32. partes 2. 16. minuta: propter hoc q̄ tempus eleuationum cuiusq; quarte orbis declinis equatur tempori eleuationis cuiusq; parte orbis equationis diei: cū fuerint eleuationes orbium descriptozū supra duos polos orbis equationis diei.

Scdm̄ hūc vō modū 2 hanc declarationē sciemus numerū partium arcuū orbis equationis diei: que eleuantur cū omnibus decē partibus orbis declinis. eo q̄ arcus qui sunt minus decē partibus: non multum diuerficātur ab arcibus equalibus augmentis superfluetibus.

At affirmabo portioe partium orbis equationis diei debitam omnib⁹ decem partibus orbis declinis: p̄trāseūt cū omnibus decem partibus orbis declinis lineā orbis meridiei in omni loco: 2 p̄trāseūt hōrizontē sphaere recte. Et incipiam decē primas partes a puncto equationis diei. Igit̄ portio orbis equationis diei que debet decē primis partibus orbis signorū: est nouē tēpora 2 decē minuta. Et secūdarū decem portio est nouē tempora 2. 1. 5. minuta.

Et portio decem tertiarum est nouē tēpora 2. 2. 5. minuta. Sum ergo aggregant̄ portioes decenarū p̄me. 12. partium sunt. 27. tēpora 2. 50. minuta.

Portio vō decene quarte est nouē tēpora 2. 40. minuta. Et portio decene quinte est nouē tēpora et 58. m̄. Et portio decene sexte est decē tēpora 2. 16. m̄. Aū ergo aggregātur decene partis secundae orbis declinis: sunt. 29. tēpora 2. 54. minuta.

Portio aut̄ decene septime est decē tēpora 2. 34. m̄. Et portio octaue decene est. 10. tempora 2. 47. minuta. Et portio none decene est. 10. tēpora 2. 55. minuta. Quapropter cū aggregātur portioes decenarum tertie. 12.



in p̄te decenarū sphaerā et hōrizontē vō polos equatiois diei tempore.

in p̄te dātū vō equal p̄tibus.

Dictio

partium: cuius finis est punctū tropici: sunt. 3 2. tēpora 2. 1 6. minuta. Et conuenit vt sit portio. 90. que est totius quarte portio. 90. tēpora. Et propter hoc manifestū est: qd relique quarte sūt sunt. Quāquāq; enī quarta comitat qd comitat aliā: ideo qd orbis equanōis diei erigitur sup boreāntē hominū inhabitantū spherā rectam absq; declinatione.

Completa est dictio prima libri almagesti Ptolemei.

CLV. Ptolemei Pheludientis Dictio secundā libri Almagesti Tredecē capitulis constans Auspicato prodit.

- Capitulum primum de scientia locorum habitabilium terre.
- Capitulum secundum qualiter sciuntur quantitates arcuum circuli horizonis: qui sunt inter orbem equationis diei et orbem decliuiem: propter quantitatem diei longioris dati.
- Capitulum tertium qualiter scitur altitudo poli per hos arcus cum ponitur: et propter quantitatem diei longioris: cum fuerit datus: et e conuerso.
- Capitulum quartum qualiter sciatur quas terras inhabitet illi: supra summam partem capiti quorum sol transit: et quando: et quotiens sit illud.
- Capitulum quintum qualiter sciuntur proportionem instrumentorum ad umbras suas in orbis signorum et qualitate diei: et in tropicis duobus in medietatibus diei per quedam que predicimus cum fuerint data.
- Capitulum sextum de modo proprietatum linearum orbium equidistantium orbis equationis diei.
- Capitulum septimum de scientia partium orbis equationis diei: que eleuatur cum partibus orbis signorum in sphaera decliui.
- Capitulum octauum de modo positionum tabularum eius quod eleuatur de orbis equationis diei cum omnibus decem partibus orbis signorum in locis orbium equidistantium.
- Capitulum nonum de diuisione eorum que sequuntur scientiam eleuationum: et specificationem eorum.
- Capitulum decimum de scientia angulorum prouenientium inter orbem signorum et orbem meridi.
- Capitulum undecimum de scientia angulorum prouenientium inter orbem signorum et lineam circuli horizonis.
- Capitulum duodecimum de scientia angulorum prouenientium inter orbem decliuiem et orbem descriptum super duos polos horizonis.
- Capitulum tredecimum de positione tabularum arcuum et angulorum quos narrabimus in orbibus equidistantibus.

Capitulum primum De scientia habitabilium terre.



Postea que narrauimus

in dictione prima Almagesti de forma totius: et comitate eorum que sunt in ea sicut principia et antecedentia: et que necessitas sit eius: et que estimauimus uilia in hac scientia ex eis que accidunt in orbis recto: Studemus ut ostendamus etiam in sequentibus plurimum eorum que accidunt in orbis decliui prout leuius possibis le est. Et hic quoque summa eius quod permittendum est: est quod terra diuiditur in quattuor quartas: quas separat orbis equationis diei: et unus orbium descriptorum supra polos eius: et quod una quartarum quarum septentrionalium continet fere totam terram habitabilem quam scimus. Quod autem tem duobus modis declaratur. Quorum unus est propter latitudinem: que est spatium quod est a meridie ad septentrionem. quoniam umbræ instrumentorum quibus fit consideratio in equalitate noctis et diei in medietatibus diei in omni loco declinatio erit ad septentrionem: neque unquam declinabit ad meridiem. Alter quoque propter longitudinem: que est spatium quod est ab oriente ad occidentem. quia eclipses: et precipua lunares: que sunt in hora una: ydenti illi qui habitant in extremitate orientis terre habitabilis quam scimus: et in extremitate occidentis eius non antecedentes neque subsequentes plus duodecim horis equalibus. Totum quoque spatium quarte in longitudine est

duodecim horarū. qm̄ vna duarū medietatū orbis equationis diei cōprehēdit ipsum. *Diuisiōnes autē quas oportet nos scire: 2 qd̄ estimamus ueniētes ei qd̄ est necessarium in hoc li- bro: sunt scientia eius quod accidit in locis habitabilibus: que sunt sub vnoquoq; orbium equidistantiū 2 equidistantiū orbis equitōis diei. Et hoc est quāta sit lōgītudo duoz polozū spbe re p̄me ab horizōte. Aut quāta sit lōgītudo p̄cti: qd̄ est supra summītatē capitū in orbe me- ridici: ab orbe equationis diei. Et in quibus locis currat sol supra summītatē capitū: 2 quan- do 2 quotiens sit illud. Et que sit proportio instrumentozum ad ymbas suas: per que confi- deratur in equalitate diei 2 in duobus tropicis in medietatibus diei. Et quantum addat dies lōgior: 2 minuat dies breuior de die equali. Et preter hoc que sint augmēta: 2 dimi- nutiones que accidunt nocti 2 diei. Et que sint diuersitates eius cum quo eleuatur equator diei 2 orbis decliuē: 2 cū quo occultātur ambo. Et que sint proprietates anguloz p̄uenientū ex sectione orbū maior: 2 magnitudines eozū: 2 oīa que ex eis 2tingūt 2 que in eis accidunt.*

Capitulum secundū Qualiter sciatur quātitates arcuū circuli horizōntis: qui sunt inter orbe eq̄ionis diei 2 orbe decliuē pp̄ quātitatē diei lōgioris cū fuerit datus: 2 eōuerso.



Alius itaq; exemplum ponam line

am que est supra rhodū equidistantem orbi equationis diei vbi est alti- tudo poli. 36 partes. 2 in quo dies longior. 14. horas 2 medietatē ho- re ex horis equalibus habet. Et describam propter hoc meridici orbem supra quē sint. a. b. g. d. 2 describam in eo medietatē circuli horizōntis orientalis: supra quā sint. b. e. d. 2 medietatem orbis equationis diei: su- pra quā sint. a. e. g. 2 signabo supra polum meridianum. r. 2 supra ortum tropici biemalis orbis signozū. h. 2 describā supra duo puncta. r. e. h. arcum. r. b. t. 2 ponam longitudinē diei longioris: 2 inquiram quantitatem arcus. e. h. circuli horizōntis. Et q; reuolutio sphere nō est nisi super duos polos equationis diei: Tūc manifestum est q; duo puncta. b. t. cadunt simul in tempore vno super arcum. a. b. orbis meridici propter motum sphere. Tempus au- tem puncti. b. qd̄ est ab oriente ad mediū celi qd̄ supra terram est: quātitas arcus. t. a. tē- pus vō a medio celi sub terra ad oriēs: est quantitas arcus. g. t. 2 seq̄tur hoc vt sit tēpus diei quantitas dupli arcus. t. a. 2 tempus noctis existat quātitas dupli arcus. g. t. Sectiones enī orbū eq̄distantiū orbi equationis diei separate sūt supra terram 2 sub terra. eo q; orbis me- ridici secat eos omnes in duo media 2 duo media. Quapropter erit arcus. e. t. qui est medie- tas superflui qd̄ est inter longiorē diem vel breuiorem 2 inter equalitatem: hora 2 quarta boze: in loco huius linee: 2 illud est. 18. tempora 2. 45. minuta. Arcus autē residuus ad cōplē- dam quartam: qui est. t. a. crit. 71. tempora 2. 15. minuta. Scdm̄ ergo iam p̄cessit erit de claratione: iam secant se inter duos arcus orbium maiorum: qui sunt. a. e. 2 a. r. duo arcus e. h. b. 2 r. h. t. supra. h. ergo proportio chorde dupli arcus. e. a. ad chordā dupli arcus. a. t. aggregatur ex duabus p̄portionibus. ex p̄portione chorde dupli arcus. e. a. ad chordā dupli arcus. a. t. et ex p̄portione chorde dupli arcus. h. b. ad chordā dupli arcus. b. e. Duplū autē arcus. t. a. est. 142. partes 2. 30. minuta. 2 eius chorda est. 113. partes 2. 37. minuta et 54. secūda. 2 dupli arcus. a. e. est. 180. partes 2 ei⁹ chorda. 120. duplū quoq; arcus. t. r. est 180. partes. 2 eius chorda. 120. partes. 2 duplum arcus. r. h. est. 132. partes 2. 17. minuta 2. 20. secūda. 2 eius chorda. 109. partes 2. 44. minuta. 2. 53. secūda. Tum ergo proieceri- mus ex p̄portione. 113. partium 2. 37. minutoz 2. 54. secūdoz ad. 120. p̄portionem 120. ad. 109. partes 2. 44. minuta 2. 53. secūda: remanebit p̄portio chorde dupli arcus h. b. ad chordā dupli arcus. b. e. que est p̄portio. 103. partū 2. 55. minutoz 2. 23. secūdoz ad. 120. Chorda vō dupli arcus. b. e. qm̄ ipsē est quarta circuli est. 120. ergo chorde dupli arcus. h. b. fere fm̄ illas part es est. 103. partes 2. 55. minuta 2. 23. secūda: qua propter erit duplum arcus. h. b. 120. partes. 2 arcus. h. b. solum fm̄ illas partes. 60. partes. remanet ergo arcus. e. h. fm̄ illas partes. 30. partes: fm̄ quantitatem qua circulus horizōn est. 360. partes. Et hoc est qd̄ oportuit nos demonstrare.

Capitulum tertium Qualiter sciatur altitudo poli propter hos arcus cū ponūtur: 2 pro- pter quantitatem diei longioris cum fuerit datus: 2 eōuerso.



Sit ergo illud datū. 2 inuestigemus

inuentione altitudinis poli: que sit arcus. b. r. orbis meridiei. Et it ergo in hac forma p̄portio chorde dupli arcus. e. t. ad chordā dupli arcus t. a. aggregata ex duabus p̄portionibus. ex p̄portioe chorde dupli arcus. e. h. ad chordā dupli arcus. h. b. et ex p̄portione chorde dupli arcus. b. r. ad chordā dupli arcus. r. a. duplum vō arcus. e. t. est. 27. partes 2. 30. minuta. 2 eius chorda est. 38. partes 2 tringintaquattuor minuta 2. 2. secūda. 2 duplū arcus. t. a. est. 142. partes 2. 30. minuta. 2 chorda eius. 113. partes 2. 37. minu- ta 2. 54. secūda. duplū quoq; arcus. e. b. est. 60. partes. 2 chorda eius. 60. partes. 2 duplū



Si quis p̄p̄t. p̄p̄t. rē t̄a. ex duob; Commūta t̄is rēp̄t̄e. ex illand rēp̄t̄is. 2 p̄t̄e. in h̄o. Compo nentes sūt. rē. rē. Nō. rē. qd̄ et rēp̄t̄is. esse Commūta. qd̄ qd̄ rē. p̄t̄e. h̄o. rē. t̄is. v̄. h̄o. h̄o. p̄p̄t̄is. est.

arcus. h. b. est. 120. partes. 2 eius chorda. 103. partes. 2. 5. 5. minuta. 2. 2. 3. secunda. Quæ
 50 proiecerimus ex proportione. 38. partium. 2. 3. 4. minutozum. 2. 2. 2. secundozum ad. 113.
 partes. 2. 3. 7. minuta. 2. 5. 4. secunda: proportione. 60. partium ad. 103. partes. 2. 5. 5. minu-
 ta. 2. 2. 3. secunda: remanebit proportio chordæ dupli arcus. b. r. ad chordam dupli arcus. r. a.
 que est proportio. 70. partium. 2. 3. 3. minutozum ad. 120. partes vicinias. Chorda quoq3
 dupli arcus. r. a. est. 120. partes. ergo chorda dupli arcus. b. r. fm illam quantitatem est. 70.
 partes. 2. 3. 3. minuta. Quapropter erit duplum arcus. b. r. 72. partes. 2. vni minutu. 2 arcus
 b. r. solum fm illam quantitatem. 36. partes vicinias.

Secundam huius quoq3 conuersionem in hac forma ponam arcum. b. r. qui est a-
 titudo poli data triginta sex partes. 2 inquiram inuentionē superficij quod est in-
 ter quantitatem diei longioris 2 breuioris: 2 inter equalitatem. 2 illud est duplum ar-
 cus. c. t. Quapropter erit proportio chordæ dupli arcus. b. r. ad chordā dupli arcus
 b. a. aggregata ex duabus proportionibus. ex proportione chordæ dupli arcus. r. b. ad cho-
 rdam dupli arcus. h. t. 2 ex proportione chordæ dupli arcus. t. e. ad chordam dupli arcus. e. a.
 Duplum aut arcus. r. b. est. 72. partes. 2 chorda eius. 70. partes. et. 3. 2. minuta. et. 3. secūda.
 et duplum arcus. b. a. est. 108. partes. et eius chorda est. 97. partes. et. 4. 5. 5. secūda.
 Duplum quoq3 arcus. r. b. est. 132. partes. et. 17. minuta. et. 20. secūda. et chorda eius
 est. 109. partes. et. 4. 4. minuta. et. 5. 3. secūda. et duplum arcus. h. t. est. 47. partes. et. 4. 2. mi-
 nuta. et. 40. secūda. et eius chorda est. 48. partes. et. 3. 1. minuta. et. 5. 5. secūda. Quæ ergo proie-
 cerimus ex proportione. 70. partium. et. 3. 2. minuto: et trium secundozum ad. 97. partes. et
 4. minuta. et. 5. 5. secūda: proportione. 109. partium. 2. 4. 4. minuto: 2. 5. 3. secundozum
 ad. 48. partes. et. 3. 1. minuta. et. 5. 5. secūda. remanebit proportio chordæ dupli arcus. t. e. ad
 chordam dupli arcus. e. a. que est proportio. 3. 1. partium. et. 1. 1. m. et. 3. 3. secundozum ad. 97.
 partes. et. 4. m. et. 5. 5. 2. Hoc nāq3 ppinquius est proportioni. 38. partium. et. 3. 4. m. ad. 120.
 Chorda autem dupli arcus. e. a. est. 120. sit ergo chorda dupli arcus. c. t. fm illa quantitatem
 38. partes. 2. 3. 4. m. quapropter duplum arcus. e. t. erit. 37. partes. et. 30. m. vicinias. et iple
 sunt que horæ et dimidia ex horis equalibus. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

Similiter quoq3 sciemus arcū h. e. horisontis. eo q3 proportio chordæ dupli arcus
 r. a. ad chordam dupli arcus. a. b. data: aggregatur ex duabus proportionibus: scilicet
 ex proportioe chordæ dupli arcus. r. t. ad chordā dupli arcus. t. h. que est data: 2
 ex proportione chordæ dupli arcus. e. b. ad chordā dupli arcus. e. b. Arcus vō. e. b.
 est datus: remanet itaq3 quāritas arcus. e. h. data. **M**anifestū est igitur q3 illud cuius in-
 quiritur sciētia: nō sit punctū tropici biemalis: qd est. h. s. sit illud qd est de partibus circuli
 signorum: vt est. e. s. s. etiam sciuntur duo arcus. c. t. 2. e. h. eo q3 nos iam pccisimus tabu-
 lam declinationis cuiusq3 partium orbis signorū ab orbæ equationis diei in orbæ meridiel:
 2 illud est oppositum. h. t. ex arcibus.




Sequitur autem illud: vt orbæ equidistantes orbæ equationis diei: qui secant par-
 tes orbis signorum: equalis longitudinis a puncto cuiuslibet duorum tropicorum:
 secant etiam ex horisonte vtriusq3 arcus equalis: in quibuscumq3 duarum partium
 fuerint orbis equationis diei. 2 fiant quantitates noctis 2 diei equalis: omnis sc3
 quantitas sue opposite. **E**t declaratur cū hoc etiā: vt orbæ equidistantes orbæ equationis
 diei: equalis longitudinis a quolibet duorum punctoꝝ equantiū diei: sicut ex horisonte
 arcus equalis ab vtriusq3 lateribus orbis equationis diei. 2 sint quantitates noctis 2 diei in
 illis alternate. **E**t hoc est: si nos signauerimus in hac forma punctum. k. supra quod
 fecit orbis equidistās orbæ equationis diei: equalis descripto supra. h. medietate circuli horizon-
 tis: supra quā sint. b. e. d. 2 cōpleuerimus duos arcus. h. l. 2. k. m. qui sint due sectiōes duorū
 orbium equidistantium eōtrario. quos manifestum est esse equalis. 2 descriperimus supra
 k. 2 supra poli septentrionalē: qui sit punctū. q. quartū orbis: supra quā sint. k. n. erunt duo ar-
 cus. a. t. 2. n. g. equalis: ideo q3 ipsi sunt similes arcibus duobus. l. h. 2. m. k. quicq3 videlicet
 suo relatiuo. 2 remanebit arcus. c. t. equalis arcui. c. n. residuo. 2 erūt duorum triangulozum
 e. h. t. et. c. k. n. duo latera vnius: quibus lateribus alterius eqlia: videlicet. e. t. equale. c. n. 2
 h. t. equale. k. n. 2 angulus. t. equalis angulo. n. quapropter erit basi. e. h. equalis basi. k. e. Et
 illud est quod oportuit nos demonstrare.

Capitulum quartum Quo sciuntur provincie in quibus sol trāsit supra summitatem ca-
 pitū illas inhabitantium: 2 quando: 2 quotiens sit illud.



Manifestū est igitur q3 nunq3 sol cur-

rit supra summitatē capitum habitantiū in locis que sunt sub lineis equi-
 distantibus orbæ equationis diei: que plus elōgantur ab orbæ equationis
 diei q3 sit lōcūdo puncti tropici æstiuales. que est. 2. 3. partes. 5. 1. minu-
 ta. 2. 2. 0. secūda. Supra summitatē vō capitū inhabitantiū loca que sunt
 sub linea equidistanti orbæ equationis diei: cuius longitudo ab equatio-



ne diei est partes iste: currit sol semel in anno: cum est in puncto tropici estivalis. Sed supra summitate capitū inhabitatū loca que sunt sub lineis equidistantibus equationi diei quoque longitudo ab ea minor est bis partibus: sol bis in anno currit. **¶** Qui vō illud erit: quo leuius inuenitur a nobis est: vt intramus numerū partium longitudinis linee ab equatione diei equidistantis ei: in linea secunda tabule declinationis. & consideremus qd est eorum ea cōsequēter in linea prima ex numero partium quarte. **¶** Cū enim solis longitudo ab vno quoque duorum punctorum equatū diem ad partē tropici estivalis fuerit equalis illis partibus in longitudine: tunc sol curret supra summitate capitū eorū qui sunt sub illa linea.


¶ Capitulum quintum Qualiter sciatur proportionē instrumentorum ad umbras suas in equalitate diei: & in duobus tropicis: in mediocritatibus dierū: per quedā predicta: cum fuerint data.



Acilius quoque quo sciuntur propor

tionē umbrę ad instrumēta: postq̄ iam sciimus quantitatē arcus q̄ est inter duos tropicos: & arcus qui est inter horizonē & inter duos polos: est quemadmodum narrabo. **¶** Describam orbem meridiani: supra quē sint. a. b. g. d. supra centrum. c. & ponam punctū quod est supra summitatem capitū. a. & protraham diametru. a. e. g. & producam a. g. in

superficie orbis meridiani lineam orthogonaliter: supra quā sint. g. k. r. n. **¶** Manifestum est igitur: q̄ hec linea equidistant linee: que trāsit supra duo puncta: supra que se secant orbis meridiani & circulus horizon. **¶** Et quā quantitas totius terre: apud quantitatē orbis solis: est ficut punctum & centrum s̄m sensum: **¶** Bonam centrum. e. caput instrumenti. & imaginabor instrumentum lineam. g. e. sitq̄ linea. g. k. r. n. supra quā cadit extremitas umbrę in mediocritatibus dierū. **¶** Et sit radius solis in die breuiori: & in die longiore: & in die equali trāsiens supra punctum. e. **¶** Et sit radius solis in die equali linea. b. e. d. r. & radius eius in die longiore linea. h. e. t. k. & radii eius in die breuiori linea. l. e. m. n. **¶** Sitq̄ linea. g. k. vmbra diei longioris: & linea. g. r. vmbra diei equalis. & linea. g. n. vmbra diei breuioris. **¶** Et quare arcus. g. d. equatur altitudini poli septentrionalis ab horizonē in hoc climate. que est. 36. partes: s̄m quantitatē qua circulus est. 360. partes. & vnusquisq̄ duorum arcuū. t. d. & d. m. est s̄m illam quantitatē. 23. partes. 2. 51. minuta & 20. secunda. **¶** Ergo manifestum est: q̄ arcus. g. r. residuus est 12. partes 2. 8. minuta & 30. secunda. **¶** Sed totus arcus. g. m. s̄m illam quantitatē est. 59. partes 2. 51. minuta & 20. secunda. **¶** Quapropter erunt anguli qui sunt sub eis: s̄m quantitas qua quatuor anguli recti sunt. 360. partes ita. **¶** Erit angulus. k. e. g. 12. partes 2. 8. minuta & 40. secunda. & angulus. r. e. g. 36. partes & angulus. n. e. g. 59. partes 2. 51. minuta & 20. secunda. **¶** Scdm quantitatē vō qua duo anguli recti sunt. 360. partes: erit angulus. k. e. g. 24. partes 2. 17. minuta & 20. secunda. & angulus. r. e. g. s̄m illam quantitatē. 72. partes. & angulus. n. e. g. 119. partes 2. 42. minuta & 40. secunda. **¶** Arcus ergo qui sunt portiones circuli descripti supra tres angulos: supra quos sunt. k. e. g. r. e. g. & n. e. g. ortogonios: erunt sic: videlicet erit arcus qui est supra lineam. g. k. 24. partes 2. 17. minuta & 20. secunda. & ille q̄ est supra lineam. e. g. qui est id quod minus est ex semicirculo: erit s̄m quantitatē illam. 155. partes 2. 42. minuta & 40. secunda. **¶** Et ille qui est supra lineam. g. r. erit. 72. partes. & ille qui est supra lineam. g. e. erit s̄m illā quantitatē. 108. partes. **¶** Et ille qui est supra lineam. g. n. erit 119. partes 2. 42. minuta & 40. secunda. & ille qui est supra. g. e. qui est id quod minus est etiā ex semicirculo. 60. partes 2. 17. minuta & 20. secunda. **¶** Scdm quantitatē ergo qua. g. k. erit. 25. partes 2. 14. minuta & 43. secunda: erit. g. e. 117. partes 2. 18. minuta & 51. secunda. **¶** Et s̄m quantitatē qua etiam. g. r. erit. 70. partes 2. 32. minuta & 3. secunda: erit. g. e. 97. partes 2. 4. minuta & 55. secunda. **¶** Et s̄m illam quantitatē qua est. g. n. 103. partes 2. 46. minuta & 16. secunda: erit. g. e. 60. partes 2. 15. minuta & 42. secunda. **¶** Scdm illā ergo quantitatē qua instrumentū. g. e. erit. 60. partes: erit vmbra. g. k. estivalis. 12. partes 2. 55. minuta. **¶** Et erit vmbra. g. r. que est diei equalis. 43. partes 2. 35. m. sere. **¶** Et erit vmbra. g. n. hiemalis. 103. partes 2. 20. minuta & p̄opt̄n̄quius. **¶** Quapropter s̄m cōuersionē declarabitur nobis: q̄ cum due triū proportionū instrumētū. g. e. ad umbras suas fuerint scite: quecumq̄ due fuerint: sciatur per illud altitudo poli: & quod est inter duos tropicos. **¶** Quā cum sciti fuerit duo triū angulorū: quicūq̄ duo fuerint sciatur reliquus angulus: p̄opt̄ hoc q̄ duo arcus. t. d. & d. m. sunt equalia. **¶** Verū acceptio inuentionis vere s̄m considerationē ad sciendum duos arcus: in qua nō est dubitatio: est s̄m modum quem p̄missimus. **¶** Scire autem illud p̄opt̄ proportionē instrumentorum ad umbras suas: non est ita certum: eo q̄ tempus vmbre equalitatis in se non est discretum. & extremitates capitū vmbiarum hiemalinū in ea difficulter comprehenduntur.



¶ Capitulum sextum De modo proprietatū linearū orbis equidistantiū orbi equationis diei.



Huius autem similitudinem in re

liquis lineis equidistantibus equatori diei accipiam summam proprietatum carum. et ponam superfluum declinationis aliarum ab alijs quartam horae: que sit horarum equalium. in hoc namq[ue] existit sufficientia. Et narrabo summam eorum que in eis contingunt. Et ante diuisionem huius et partitionem etiam incipiam loqui de equidistanti que est sub equatione diei: quam inuenimus finem meridiani a tota quarta terre habitabilis. Hoc autem sola terra facit diem et noctem in omnibus diebus anni equales semper. quoniam in ea terra fecit circulus horizon omnes orbis equidistantes equationi diei in duo media et duo media. Et sunt omnes portiones eorum que sunt super terram siles et equales portionibus eorum que sunt sub terra. Quod equidem est quod non contingit in aliquo eorum orbium maiorum declinationum ab equatione diei. Quod item hoc equatio diei: qui est ex magnis orbibus: circulus horizon solum secat in duo media in omni loco terre. et equantur dies et noctes in eo: et sunt equales finem sensum vbiq[ue] terrarum. quoniam circulus horizon est etiam ex magnis circulis. Unumqueq[ue] autem orbium equidistantium ab eo declinatorum: qui sunt praeter ipsum in parte habitabilis: et in parte meridiei: horizon secat in duas portiones diversas. Et erunt portiones que sunt supra terram: eorum qui sunt in parte meridiei ab eo: minores eis que sunt sub terra. et erunt dies breuioris temporis noctibus. Sed quocumq[ue] portiones sunt ex eis qui sunt ex parte septentrionis ab eo: erunt finem conuersionem eius: erunt scilicet portiones que sunt supra terram: maiores eis que sunt sub terra. Et erunt dies longioris temporis noctibus. Et umbra huius lineae equidistantis in sphaera terre equationi diei declinat ad ambas partes. quoniam transitus solis erit supra summam caputem eorum qui sunt sub ea: duobus vicibus: scilicet in duobus locis sectionum circuli equationis diei et circuli declinantis. Et tunc tamen erunt instrumenta in medietatibus dierum non habentia umbram. Quando vero fuerit cursus solis in medietate orbis signorum septentrionalis: erit declinatio umbrae instrumentorum ad partem meridiei. Et cum fuerit cursus solis in medietate orbis signorum meridiana: erit declinatio umbrae instrumentorum ad partem septentrionis. Et erit quantitas umbrae estiuales et hiemalis in hoc loco finem quantitate qua erit longitudo instrumentorum. 60. partes. et 6. partes et medietas partis propinquius. **C**onsequenter autem quod narrabimus in omni sermone nostro de quantitate umbrae: non erit nisi de umbra meridiei. Et nos non accipere possumus veritatem meridiei: neq[ue] in duobus punctis equalitatis: neq[ue] in duobus punctis duorum tropicorum. sed tamen cum nos acceperimus umbram in his temporibus apud horam meridiei: erit propinquum veritati: neq[ue] variabitur in aliquo: cuius quantitas sit sensibilis. Et erit cursus stellarum: que sunt supra hanc lineam: supra summam caputem eorum qui habitant sub ea. Et clare manifestum est: quod stelle celi eis oriuntur omnes et occidunt. quoniam duo poli sphaere in veritate circuli horizonis non describunt orbem equidistantem equationi diei semper apparentem: neq[ue] semper occultum: secantem orbem meridiei. **Q**uidam autem dicunt: quod possibile est: ut illud quod est sub hac linea equidistanti ex terra sit habitabile: ideo quod eius complexio est valde bona: eo quod sol non prolonget obumbrationem suam supra puncta summam caputem: propter velocitatem suae declinationis in latitudine ab equatione diei. Et propter hoc sunt aestas et hiems bone complexionis: propter breuitatem longitudinis solis a summitate caputem: quoniam est in vtriusq[ue] tropicis. Hoc autem quod dicimus: est finem estimationem et putat. **U**trum vero illud quod est sub hac linea habitetur: nos huius scientiam non habebimus. quoniam aliquid non puenit ad eam: qui sunt in nostris regionibus habitabilibus: usq[ue] ad diem hunc nostram. Proprietates autem que sunt sub hac linea equidistante circulo equationis diei: absolute dico quod sunt bene descriptas: que sunt beate narrauimus. **R**eliquarum vero equidistantium equationi diei: in quibus possibile est scire: quae sint regiones et loca que sub eis habitantur: narrabo summam proprietatis cuiusq[ue]: ne reiteremus sermonem in hora omni. Stelle que sunt supra summam caputem in vnaquaqueq[ue] linea earum: sunt que secant de orbem descripto supra duos polos equationis diei: arcus inter stellas et orbem equationis diei: equales spacio: quod est inter lineam et orbem equationis diei. Et quod circulus semper apparens est: cuius centrum est polus equationis diei septentrionalis: descriptus finem longitudinem altitudinis poli ab horizonte: erunt stelle quas iste continet circulus: semper apparentes. Stelle autem semper occulte sunt: que sunt in circulo cuius centrum est polus equationis diei meridianus: descripto finem longitudinem depressionis poli ab horizonte.

CDe secunda.

Linea vero equidistans secunda est: cuius longioris diei longitudo est. 12. horae et quarta horae: que sunt de horis equalibus. Et eius spatium ab equatione diei est dimittitur: partes et quarta partis fere: descripta supra insulam habentem. que est ex lineis: quibus declinat umbram meridiei ad duo latera. quoniam sol obumbrat supra summam caputem eorum qui sunt sub ea: bis in anno. Instrumenta vero seu gnomones non habebunt umbram in medietatibus diei: cum fuerit spatium solis a tropico estiuale ad quolibet quarum partium. 79. partes et nunc



dictas partis. **¶** Si ergo fuerit transitus solis et ipse in his. 159. partibus: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem meridiem in medietatibus dierum. Et cū fuerit transitus solis et ipse in. 201. partibus residuis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem septentrionis in medietatibus dierū. Et erit in hoc loco vmbra equalitatis quattuor partes: et tertia partis: et tertia parte partis vicinius: sicut loco vmbra equalitatis quattuor partes: et tertia partis: et tertia parte partis vicinius: sicut loco vmbra equalitatis quattuor partes: et tertia partis: et tertia parte partis vicinius. **¶** De tertia.

¶ In ea aut equidistans tertia est in qua longitudo diei longioris est. 12. hore et medietas hore. Et elongatio eius ab equatione diei est. 8. partes et 25. minuta: descripta supra chalingis hilsolius. Ipsa quoque est ex lineis: in quibus declinat vmbra meridiem ad duo latera. Et obumbrat sol supra summitate capitū eorum bis in anno. Et neq3 gnomones habebunt vmbra in medietatibus dierū: cū fuerit spacium solis a tropico estivali ad vtraq3 partes. 69. partes fere. Quapropter cū fuerit transitus solis et ipse in his. 138. partibus: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem meridianā in medietatibus diei. Et cū fuerit transitus solis et ipse in. 222. partibus residuis: erit declinatio vmbre ad partē septentrionis. Et erit in hoc loco vmbra equalitatis. 8. partes et medietas et tertia parte. Et vmbra estatis. 16. partes: et medietas: et tertia parte partis fere. Et vmbra hiemis. 37. partes et medietas et tertia: et tertia parte partis fere. **¶** De quarta.

¶ In ea equidistans quarta est: in qua longitudo diei longioris est. 12. hore et medietas et quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 12. partes et medietas partis: descripta supra chalingis hilsolius. Et ipsa etiam est ex lineis: in quibus declinat vmbra meridiem ad vtraq3 latera. Et obumbrat sol supra summitate capitū eorum qui sunt sub ea: bis in anno. Et neq3 gnomones in medietatibus diei habebunt vmbra: cum fuerit elongatio solis a tropico estivali ad vtraq3 partes. 57. partes et due tertie partis. Quapropter cū fuerit transitus solis et ipse in his. 115. partibus et tertia partis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem meridiem. Et cū fuerit transitus solis et ipse in. 244. partibus et duabus tertis partis residuis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem septentrionis. Et erit vmbra equalitatis. 13. partes et tertia partis fere. Et vmbra estatis. 12. partes et tertia parte partis fere. Et vmbra hiemis. 44. partes et sexta parte partis fere. **¶** De quinta.

¶ In ea equidistans quinta est: in qua longitudo diei longioris est. 13. hore et etna elongatio ab equatione diei sedecim partes et 27. minuta: descripta supra infula mada. Que etiam est ex lineis: in quibus vmbra meridiem ad vtraq3 latera declinat. Et obumbrat sol supra summitate capitū eorum qui sunt sub ea: bis in anno. Et neq3 gnomones in medietatibus diei habent vmbra: cū fuerit elongatio solis a tropico estivo ad duas partes. 45. partes. Quapropter cū fuerit transitus solis et ipse in his. 90. partibus: erit declinatio vmbre gnomonum ad partem meridiem. Et cū fuerit transitus solis et ipse in. 270. partibus residuis: erit declinatio vmbre ad partē septentrionis. Et erit vmbra equalitatis. 17. partes et medietas et quarta parte. Et vmbra estiva septem partes et medietas et quarta partis. Et vmbra hiemis 51. partes. **¶** De sexta.

¶ In ea et equidistans sexta est: in qua longitudo diei longioris est. 13. hore et quarta parte hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 20. partes et 14. minuta: descripta supra infula mada. Que etiam est ex lineis: in quibus vmbra meridiem declinat ad vtraq3 latera. Et obumbrat sol supra summitate capitū eorum qui sunt sub ea: bis in anno. Et neq3 gnomones in medietatibus diei habebunt vmbra: cum fuerit elongatio solis a tropico estivali ad vtraq3 latera. 31. partes. Quapropter cum fuerit transitus solis et ipse in his. 62. partibus: erit declinatio vmbre gnomonū ad partē meridiem. Et cū fuerit transitus solis et ipse in. 298. partibus residuis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partē septentrionis. Et erit vmbra equalitatis 22. partes et 8. minuta. Et vmbra estiva. 3. partes et medietas partis et quarta partis. Et vmbra hiemis. 58. partes et sexta partis. **¶** De septima.

¶ In ea equidistans septima est: in qua longitudo diei longioris est. 13. hore et medietas hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 23. partes et 51. minuta et 20. secūda: descripta supra infula mada. Et ipsa est prima linea equidistantium: in quibus vmbra meridiem declinat ad partem vna. neq3 vnaq3 erit declinatio vmbre gnomonū eis qui sunt sub ea ad partē meridiem. Veniunt sol obumbrat supra summitate eorum capitū in tropico estivo nū. Et nō habebunt tunc gnomones in medietatibus diei vmbra: eo quod spacium huius linee ab equalitate diei est sicut tropici estivalis ab eo. In reliquis vero lineis erit declinatio vmbre gnomonū in medietatibus diei semper ad partem septentrionis. Et itaq3 vmbra equalitatis sub hac linea. 26. partes et medietas partis. Et vmbra hiemis. 66. partes fere. Et itas vero nō habebit vmbra. Et in omnibus lineis equidistantibus: que sunt ad septentrionē ab hac linea vsq3 ad lineā que terminat regiones habitabiles: declinabit vmbra gnomonum in medietatibus dierū ad partē septentrionis. Et neq3 gnomones in eis vnaq3 erūt in medietatibus dierū ab vsq3 vmbra. neq3 vmbra vnaq3 declinat ad partem meridiem: sed eius declinatio semper ad partē

Dictio

septētrionis. quā sol nunq̄ obumbrat supra summitatē captū ipsoꝝ. **De octava.**

Inea equidistans octava est: in qua longitudo diei longioris est. 13. hore 2 medie tas 7 quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 27. partes 2. 40. minuta: descripta supra medium *palmarum medice*. Et ymbra estiva est. quattuor partes. Et ymbra equitatis est. 3 1 partes 2 tertia 2 medietas quinte 2 partis vicinias. Et ymbra biemis est. 75. partes 2 me dietas partis.

De nona.
Inea equidistans nona est: in qua longioris diei longitudo est. 14. hore. Et eius elongatio ab equatione diei. 30. ptes 2. 2. minuta: descripta supra *in finium terre egypti*. Et ym bra estatis sex partes 2 medietas 2 tertia partis. Et ymbra equitatis. 35. partes 2 sexta partis fere. Et ymbra biemis. 83. partes 2 quarta partis.

De decima.
Inea equidistans decima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore 2 quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei. 33. partes 2. 18. minuta: descripta supra *medium terti*. Et ymbra estiva est. 10. partes. Et ymbra equalitatis. 39. partes 2 tertia 2 medietas septe partis fere. Et ymbra biemalis est. 93. partes vicinias.

De undecima.
Inea equidistans undecima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore 2 me dietas. Et eius elongatio ab equatione diei est. 36. partes: descripta supra *in suld rho dum*. Et ymbra estiva est. 12. ptes 2 medietas 2 tertia 2 medietas septe partis. Et ymbra eq uilitatis. 43. partes 2 medietas 2 quarta partis. Et ymbra biemalis est. 103. partes 2 tertia partis.

De duodecima.
Inea equidistans duodecima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore 2 tres quarte. Et eius elongatio ab equatione diei est. 38. partes 2. 35. minuta: descripta su pra *in suld rho*. Et ymbra estiva est. 15. ptes 2 medietas 2 quarta ptis vicinias. Et ymbra eq uilitatis est. 47. partes 2 medietas 2 tertia 2 medietas septe partis. Et ymbra biemalis est. 114. ptes 2 medietas 2 tertia 2 medietas quinte partis.

De tredecima.
Inea equidistans tredecima est: in qua longitudo diei longioris est. 15. hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 40. partes 2. 56. m. fere: descripta supra *in suld rho*. Et ymbra estiva est. 18. partes 2 tertia 2 medietas q̄nte partis fere. Et ymbra equalitatis. 52. ptes vicinias. Et ymbra biemalis. 127. ptes 2 tertia 2 medietas q̄nte ptis.

De decima quarta.
Inea equidistans decima quarta est: in qua longitudo diei longioris est. 15. hore. Et quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei. 43. partes 2 duodecima partis: descripta supra *in suld rho*. Et ymbra estiva est. 20. partes 2 medietas 2 tertia 2 medietas quinte partis fere. Et ymbra equitatis est. 55. partes 2 medietas quinte. Et ymbra biemalis. 141. par tes fere.

De decima quinta.
Inea equidistans decima quinta est: in qua longitudo diei longioris est. 15. hore. Et medietas hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 45. partes 2 vnu minutu: descripta supra *medium malisinas*. Et ymbra estiva est. 23. partes 2 quarta ptis fere. Et ym bra equitatis est. 60. ptes. Et ymbra biemalis est. 155. ptes 2 q̄rta ptis.

De decima sexta.
Inea equidistans decima sexta est: in qua longitudo diei longioris est. 15. hore 2 tres quarte. Et eius elongatio ab equatione diei. 46. partes 2. 51. minuta: descripta su pra *fontes fluminis albis*. Et ymbra estiva est. 25. ptes 2 medietas ptis fere. Et ymbra eq uilitatis. 64. partes vicinias. Et ymbra biemalis est. 171. partes 2 tertia 2 medietas septe partis fere.

De decima septima.
Inea equidistans decima septima est: in qua longitudo diei longioris est. 16. hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 48. ptes 2. 32. minuta: descripta supra *in suld rho*. Et ymbra estiva est. 27. partes 2 medietas ptis 2 medietas q̄nte partis fe re. Et ymbra equalitatis est. 67. partes 2 medietas 2 tertia partis vicinias. Et ymbra bie malis est. 189. partes fere.

De decima octava.
Inea equidistans decima octava est: in qua longitudo diei longioris est. 16. hore 2 quar ta hore. Et elongatio eius ab equatione diei est. 50. partes 2 quarta partis: descripta supra *medium palmarum medice*. Et estiva ymbra est. 29. ptes 2 medietas 2 quarta partis vicinias. Et ymbra equalitatis est. 72. partes 2 sexta ptis fere. Et ymbra biemalis est. 210. par tes 2 due tertie partis vicinias.

De decimanona.
 est ab eētritate vernali vsq; ad tropicū estiualem nonagintaquatuor dies z medietatem diei.
 Et tempus qd̄ est a tropico estiuali vsq; ad eētritatem autūnalē nonagintaduos dies z me
 dietatem diei. Per ea ergo que declarauit nobis ex hoc tūc demonstrabitur quātitas longi
 tudinis: que est inter duo centra: quā diximus esse vna vigi. r. quattuor partium linee que
 progreditur a centro egrediente vsq; ad orbē suum. Et eius longitudo longioꝝ p̄cedit tro
 picū estiuū viginquattuor partibus z medietate partis: fm quantitate qua est orbis si
 gnoꝝ. 360 partes. Nos quoq; similiter inuenimus duo tempora harū duarum quartarū
 z has p̄porciones. Et hoc declarabit nobis: q̄ orbis eētricus fixus est in loco suo tem
 per a duobus punctis equalitatis z conuersionis. Et vt non p̄termittamus dicere hūc lo
 cum: sed eius demonstremus sciētiam nostra computatione: ponemus eius declarationē
 per orbē eētrici. z assumemus in declaratione illius has causas apparentes z manifestas:
 que sunt sicut premisimus: q̄ tempus qd̄ est ab equalitate vernali vsq; ad tropicū estiu
 lem est. 94. dies z medietas diei. z tēpus qd̄ est a tropico estiuali vsq; ad equalitatem au
 tumnalem est. 92. dies z medietas diei. **C** Nos quoq; similiter reperimus numerū dierū
 hozū duoꝝ: um spacioꝝ certificatione nostrarum considerationū de temporibus equalitatis
 z conuersionis estiuę: quas considerauimus in anno. 463. post mortem Alexandri con
 uenientem. Quoniam (sicut diximus) fuit equalitas autumnalis in nono die mensis athus
 post ortum solis. Et equalitas vernalis fuit septimo die mensis mathur: post medium diē.
 Aggregantur ergo inter duas considerationes ex numero dierum. 178. dies z quarta diei.
 Et fuit conuersio estiuę vndecimo die mensis mesur post mediam noctem: cuius mane fuit
 duodecimus dies mensis mesur. Aggregatio igitur numeri dierū: qui fuerūt ab equalitate ver
 nali vsq; ad conuersionē estiuā fuit. 94. dies z medietas diei. z remāserūt ex numero dierum




*Com. 9. p̄solanoꝝ ante d̄esse
 inuentionem. et q̄st̄. d̄. p̄
 t̄p̄. et t̄p̄. ante p̄p̄. in orbe
 p̄p̄. inuentionem.*

*ostendit q̄st̄. p̄. ad d̄. inuentionem. q̄st̄
 fuisse.*

q sunt a tropico estivali vsq ad equitatem aurtinale q est post ipsum. 9 2. dies 2 medietas diei.

Describam autem circulum orbis signoz supra que sunt. a. b. g. d. supra centrum. e. 2 describam duas eius diametros sese orthogonaliter secantes: 2 euntis supra duo puncta conuersionu 2 duaru equalitatu: supra quas sint. a. b. g. d. sitq punctum. a. equalitatis vernalis. 2 punctu. b. ouersio estivalis. 2 que sunt post hec apposita sint fm q opposit. Manifestum est igitur: qz centru orbis egredientis centri cadit inter duas lineas. e. a. 2 e. b. eo q medietas circuli: supra quam sunt. a. b. g. est longius tempus medietate anni. quapropter secat 2 comprehendit arcum orbis centri egredientis maiorem medietate circuli. Et quarta: supra qua sunt. a. b. longius tempus est quarta. b. g. 2 fecat er orbe egredi entis centri 2 comprehendit arcu maiore eo que cõprehendit. b. g. Et qm quidẽ hoc ita est. ponam punctu. r. centru orbis egredientis centri. 2 protraham semidiametrum super duo centra: 2 supra longitudinem longiorem: supra qua sint. e. r. b. 2 describam circulu orbis egre dientis centri (qui est solis) super centru. r. 2 fm longitudinem qua voluerimus: supra que sint. r. k. l. m. 2 faciam transire duas lineas supra centru. r. equidistantes duabus lineis. a. g. 2 b. d. supra quaru vnam sint. n. s. q. equidistantem. a. g. 2 supra alteram. f. c. r. equidistantem b. d. a puncto quoq; t. ad lineam. n. s. q. protraham perpendicularare: supra qua sint. r. o. p. 2 a puncto. k. ad lineam. f. c. r. perpendiculararem: supra qua sint. k. v. x. Et qz sol traũeundo super orbem. k. l. m. per motu suu mediũ fecat arcu. r. k. in. 9 4. diebus 2 medietate diei. 2 fecat ar cum. k. l. in nonagintaduobus diebus et medietate diei. 2 est motus eius medius in. 9 4. diebus 2 medietate diei. 9 3. partes 2 fere. 9. minuta: fm quantitate qz circulus est. 3 60. par tes. et in. 9 2. diebus et medietate diei. 9 1. partes 2. 1. minuta. erit ergo portio. t. k. l. 1 8 4. partes 2 20. minuta. 2 erit duo arcus. t. n. 2. l. q. qui sunt residui post medietatem circuli: qz duo partes 2. 20. minuta. vnuquisq; ergo eorum erit due partes 2 decem minuta. Duplu ay tem arcus. t. n. est. t. p. ergo est quattuor partes 2 20. minuta. 2 erit eius chozda qtuor par tes 2. 3 2. minuta fere fm quantitatem qua erit diameter orbis centri egredientis. 1 20. par tes. Et eius medietas: que est. t. o. 2 est equalis. e. s. erit due partes 2. 1 6. minuta. Et itaqz tota portio. t. n. f. k. est. 9 3. partes 2. 9. minuta. 2. t. n. due partes 2 decem minuta: 2 quarta su pra qua sunt. n. f. 90. partes. remanet arcus. f. k. cifre 2. 5 9. minuta. 2 duplum eius: quod est k. f. r. pars vna 2. 5 8. minuta. Et eius chozda que est. k. v. x. erit due partes 2 quattuor minu ta fm quantitatem qua diameter orbis egredientis centri est. 1 20. partes. 2 eius medietas que est. k. v. 2 est equal. r. s. est pars vna 2 duo minuta. Itã vo ostensum fuit: qz linea. e. s. est due partes 2. 1 6. minuta. Et qz cũ cõiunxerimus qd aggregatur ex multiplicatione cuiusq; earu in se: erit equale multiplicationi. e. r. in se. ergo erit longitudo linee. e. r. due partes 2. 2 9. minuta 2 medium fere: fm quantitatem qua erit linea que est a centro egredientis vsq; ad ipsius orbem. 60. partes. Linca ergo que egreditur a centro egrediente ad ipsius orbem est equalis longitudini: que est inter duo centra. 2 4. vicibus fere. Et etiam qz iam est ostensum: qz linea. e. r. est due partes 2. 2 9. minuta 2 mediũ: 2 fuit linca. r. o. pars vna 2 duo min ta: ergo fm quantitate qua erit chozda. e. r. 1 20. partes: erit linca. r. s. fm eã. 4 9. partes 2. 4 6. minuta fere. 2 arcus qui erit super ipsam orbis descripti supra triangulum. e. r. s. ortogenu erit. 4 9. partes: fm quantitatem qua erit circulus. 3 60. partes. Angulus ergo. r. e. s. erit fm quantitatem qua crunt duo anguli recti. 3 60. partes. 4 9. partes. 2 fm quantitate qua erit quattuor anguli recti. 3 60 partes erit. 2 4. partes 2. 30. minuta. Et qz angulus est apud cen trum orbis signozum: erit arcus. b. h. qui est inter longitudinem longiorem 2 inter tropicum estiuũ. 2 4. partes 2. 30. minuta 2 remanebit vnaqueq; duaru quartaru: supra quas sunt. q. r. 2. r. n. 90. partes Unusquisq; autem arcuũ. q. l. 2. r. n. est due partes 2 decem minuta. 2 m. r. est cifre 2. 5 9. minuta. ergo arcus. l. m. erit. 8 6. partes 2. 5 1. minuta. 2 arcus. m. t. erit. 8 8. partes 2. 4 9. minuta Sed vo fecat has. 8 6. partes 2. 5 1. minuta per motum suu mediu in 8 8. diebus 2 octaua diei fere. 2 fecat. 8 8. partes 2. 4 9. minuta in. 90. diebus 2 octaua diei fe re: Propter hoc ergo videbis sol secare arcu. g. d. q est ab equalitate aurtinali ad ouersionẽ biemalẽ in. 8 8. diebus 2 octaua diei. 2 arcu. d. a. d. est a tropico biemali ad equitatem vernalẽ in. 90. diebus 2 octaua diei fere. Itã g inuenimus ex h qd diximus ouenire dicto Abzacia.

Secudu similitudine vo haru quantitatũ inquirã primo quanta fit maior ouersitas que est inter motu mediũ: 2 motu qui videt. 2 apud que pũcta sit hec. Describã itaqz circulu orbis egredientis centri: supra que sint. a. b. g. supra centru. d. 2 diametru transeunte a puncto. a. qd est longitudo longior: supra qua sint a. d. g. 2 sit supra ipsam centru orbis signozum supra punctu. e. 2 protraham a puncto. e. lineam ortogonaliter supra lineam. a. g. que sit. e. b. 2 protraham lineam. d. b. Et qz fm quantitate qua erit. li nca. b. d. que est a centro ad circulu. 60. partes: erit. d. e. que est inter duo centra due partes 2. 30. m. fere. ergo ppositio. b. d. ad. d. e. est vngicquater partũ. Sed fm quantitate ergo qua chozda. b. d. erit. 1 20. partes: erit linca. d. e. quinq; partes. 2 arcus qui erit supra ipsam circu li continetur triangulum. b. d. e. ortogonaliter: erit quattuor partes 2. 4 6. minuta fere fm



quantitatem qua erit circulus. 360. partes. Quapropter angulus. d. b. e. fm illas quantitates erit quatuor partes 2.46. minuta: qui est angulus continens diuersitatem maiorem, et erit hoc fm quantitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes: quatuor partes 2.46. minuta. et fm quantitatem qua erunt quatuor anguli recti. 360. partes: erit due partes 2.23. minuta. et fm illas quantitates: erit angulus. b. c. d. rectus. 90. partes. et angulus equalis duobus angulis: qui est angulus. b. d. a. manifestum est qd est. 92. partes 2.23. minuta. Et quia ipsi sunt apud odo centra. s. angulus. b. d. a. apud centrum egrediens: 2 angulus b. e. d. apud centrum orbis signorum: erit diuersitas maior: que est inter motum medium: et inter motum visionis due partes 2.23. minuta. et erunt duo arcus apud quos erit illud scz arcus orbis centri egredientis: qui est motus equalis vel medius. 92. partes 2.23. in. a longitudine longiore: 2 arcus orbis signoz: qui est motus visionis diuersus: erit qtra. scz. 90 partes: sicut iam ostendimus. Et his aut que demonstrauimus declarabit: qd diuersitas maior erit in medietate orbis opposita huic medietati. et motus qui uideatur medius erit super 270. partes a longitudine longiore. et motus equalis qui est sup orbē centri egredientis: erit a longitudine longiore etiā super 267. ptes 2. 3. in. Et illud est qd oportuit nos demonstrare.

Ad hoc autem ut demonstremus etiā fm modū orbis reuolutionis per numeros: qd quantitates ille sunt vne: cum propositiones fuerint fm qd diximus: Describam circulum: cuius centrum sit centrum orbis signozum: supra quem sint. a. b. g. super centrum. d. et diametrum. a. d. g. et orbem reuolutionis: supra quem sint. e. r. b. supra centrum. a. Et protrabam a. d. lineam contingēte orbem reuolutionis: supra quam sint. d. r. b. et protrabā lineam. a. r. erit ergo in triangulo. a. d. r. ortogonio linea. a. d. vigesies quater tantum quantum linea. a. r. Et fm quantitatem qua erit diameter. a. d. 120. partes: erit linea. a. r. quinqs partes. et arcus qui erit supra ipsam orbis descripti super triangulum. a. r. d. ortogonitum: erit quatuor partes 2.46. minuta: fm quantitatem qua erit orbis. 360. partes. Angulus ergo. a. d. r. tūc fm partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes erit. 4. partes 2.46. minuta. et fm partes quibus quatuor anguli recti sunt. 360. partes: erit due partes 2.23. minuta. Diuersitatem ergo maiorem: que est arcus. a. b. iam inuenimus qd conuenit esse partes duas 2.23. minuta. Sed arcus motus diuersi: quia subtendit angulo. a. r. d. ortogonio: erit 90. partes. et arcus motus medij: qui subtendit angulo. e. a. r. erit. 92. partes 2.23. minuta Et hoc etiam erit arcus motus centri orbis reuolutionis. 92. partes 2.23. minuta. Et illud est quod oportuit nos declarare.

Capitulum Quintum De inquisitionibus particularibus et diuersitate.

Ut possimus habere cognitionem






partium diuersitatis motum in omni hora Demonstrabo etiam fm vnūqueqz duorum modoz: cum scitus fuerit aliquis horum arcuū positozum: qualiter sciantur arcus reliqui. Describam ergo primū circuli: cuius centrum sit centrum orbis signoz: supra que sint. a. b. g. supra centrum. d. et orbem centri egredientis: supra quem sint. e. r. b. supra centrum. e. et diametrum transeuntem supra centra eozum: et supra punctum. e. quod est longitudo longior: supra quam sint. e. a. t. d. Et separabo arcum. e. r. quem ponam primū verbi gratia 30. partes. Et protrabam duas lineas. r. d. r. t. et producam lineam. r. t. vsqz ad. k. Et protrabam a. d. perpendicularem supra lineam. r. t. k. que fit. d. k. Et quia arcus. e. r. iam positus est 30. partes: erit angulus. e. t. r. qui est equalis angulo. d. t. k. 30. partes: fm quantitatem qua sunt quatuor anguli recti. 360. partes. et fm quantitatem qua erunt duo anguli recti. 360 partes: erit. 80. partes. Arcus ergo qui est super. d. k. erit. 60. partes: fm quantitatem qua erit circulus pinnus triangulum. d. t. k. ortogonium. 360. partes. Et arcus qui est supra. k. t. qui est residuus ad complendam medietatem circuli: est. 120. partes. Et erunt eozum chorda. f. chorda. d. k. 60. partes: fm quantitatem qua erit. d. t. chorda. 120. partes. Et erit chorda. k. t. fm illam quantitatem. 103. partes 2.5. minuta. Quapropter fm quantitatem qua erit linea. d. t. due partes 2.30. minuta. et linea. r. t. que est a centro. 60. partes: erit. k. d. pars 2.15. minuta. et. k. t. fm eandem due partes 2.10. minuta. et tota linea. k. t. r. 62. partes 2.10. minuta. Et quia cum iunxerimus multiplicationem cuiusqz earum in se: erit equalis multiplicationi. r. d. in se: erit chorda. r. d. 62. partes 2.11. minuta fere: fm quantitatem qua fuit. d. k. pars 2.15. minuta. Scdm quantitatem ergo qua erit linea. r. d. 120. partes: erit linea. d. k. due partes 2.25. minuta. et arcus qui est super ipsam due partes 2.18. minuta: fm quantitatem qua circulus continens triangulum. d. r. k. ortogonium: erit. 360. partes. Quapropter erit angulus. d. r. k. due partes 2.18. minuta: fm quantitate dua erunt duo anguli recti. 360. partes. et fm quantitate qua erunt quatuor anguli recti. 360. partes: erit pars 2.9. minuta. Illud ergo est diuersitas que erit tunc. Et fm illam quantitate erit angulus. e. t. r. 30. partes. Angulus g. a. d. b. reliquus: cui subtendit arcus. a. b. orbis signoz: erit 28. ptes 2.5.1. minuta.



Handwritten marginal notes in a smaller script, providing additional calculations and explanations related to the main text's geometric and astronomical problems.

*Quarta de arcibus in quibus
est nota b.g. 7. 8. 9.*

Dictio



Tam de declarabitur: quod tam scitus fuerit angulus alius preter hunc angulum: scientur anguli reliqui: cum nos lineauerimus in simili huius figure perpendiculararem a puncto. t. ad lineam. r. d. supra quam sint. t. l. Si enim fecerimus arcum. a. b. orbis signorum notum: quoniam subtenditur angulo visionis. b. d. a. erit propter hoc proportio lineae. d. t. ad lineam. t. l. nota. sed proportio. d. t. ad. t. r. est nota. ergo proportio. t. r. ad. t. l. est nota. quapropter erit angulus. t. r. d. qui est diuersitas notus. et angulus. e. t. r. cui subtenditur arcus. e. r. orbis centri egredientis notus. **Q**uod si nos fecerimus diuersitatem notam: que est angulus. t. r. d. erit similiter e contrario. et propter hoc erit proportio. r. t. ad. t. l. nota. Et iam sciisti prius proportionem. r. t. ad. t. d. quapropter erit proportio. t. d. ad. r. l. nota. Et scies ex eo angulum. r. d. l. cui subtenditur arcus. a. b. orbis signorum. et erit angulus. e. t. r. cui subtenditur arcus. e. r. orbis centri egredientis notus: secundum illam proportionem.

Oscribam etiam circulum cuius centrum sit centrum orbis signorum: supra quem sint. a. b. g. super centrum. d. et diametrum. a. d. g. et orbem reuolutionis secundum similitudinem siue proportionem illius: supra quem sint. e. r. b. t. super centrum. a. Et se parabo arcum. e. r. quem etiam ponam. 30. partes. Et protraham duas lineas. r. b. d. et r. a. et producam ab. r. perpendiculararem super lineam. a. c. que sit. r. k. Et quia arcus. e. r. est 30. partes: erit angulus. e. a. r. secundum quantitatem qua sunt quatuor anguli recti. 360. partes. 30. partes. et secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti. 360. partes: erit. 60. partes. Quapropter arcus qui est supra. r. k. erit. 60. partes: secundum quantitatem qua erit circulus continens triangulum. a. r. k. ortogonium. 360. partes. Et arcus qui est supra. a. k. qui est reliquus ad complendam medietatem circuli: erit. 120. partes. Et erunt eorum chordae. f. chorda. r. k. 60. partes: secundum quantitatem qua diameter. r. a. est. 120. partes. Et chorda. k. a. secundum illam quantitatem. 103. partes. Et quapropter secundum quantitatem qua erit linea. a. r. due partes. 2. 18. minuta. Et a. d. que est a centro ad orbem signorum. 60. partes: erit linea. r. k. pars 2. 18. minuta. Et linea. k. a. secundum illam quantitatem due partes. 2. 10. minuta. Et tota. k. a. d. 62. partes. 2. 10. minuta. Et quia aggregatum erit ductu duarum linearum. r. k. et k. d. in f. est eque ductui. d. r. in se: erit. d. r. in longitudine 62. partes. 2. 11. minuta: secundum quantitatem qua sunt linea. a. r. k. pars 2. 18. minuta. Secundum quantitatem ergo qua erit chorda. d. r. 120. partes: erit linea. r. k. due partes. 2. 5. minuta. et arcus qui est supra. r. k. due partes. 2. 18. minuta secundum quantitatem qua erit circulus continens triangulum. d. r. k. ortogonium. 360. partes. Quapropter angulus. r. d. k. erit due partes. 2. 18. minuta: secundum quantitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes. Et secundum quantitatem qua erunt quattuor anguli recti. 360. partes: erit pars 2. 9. minuta. ergo illud est diuersitas arcus. a. b. Et secundum illam quantitatem etiam est angulus. e. a. r. 30. partes. Remanet ergo angulus. a. r. d. cui subtenditur arcus visionis: qui est orbis signorum. 28. pres. 7. 51. minuta. Et illud est quod iam uenit ei quod iam ostendimus est secundum modum orbis centri egredientis.

Et si cum fuerit angulus alius notus: erunt reliqui anguli notum: cum protraherimus in eadem vel in simili huius forme perpendiculararem a puncto. a. ad lineam. d. r. supra quam sint. a. l. et si postea posuerimus arcum visionis orbis signorum notum: qui est angulus. a. r. d. erit propter hoc proportio. r. a. ad. a. l. nota. Et postquam iam prius facta fuit proportio. r. a. ad. a. d. nota: erit proportio. d. a. ad. a. l. nota. Quapropter erit angulus. a. d. l. qui est arcus. a. b. notus. et illud est diuersitas. et angulus. e. a. r. qui est arcus. e. r. orbis reuolutionis erit notus. **Q**uod si nos fecerimus diuersitatem notam: scilicet angulum. a. d. b. e contrario erit propter hoc proportio. a. d. ad. a. l. nota. Et quia iam sciisti prius proportionem. d. a. ad. a. r. erit proportio. r. a. ad. a. l. nota. quapropter erit angulus. a. r. d. notus: qui est arcus visionis orbis signorum. et angulus. e. a. r. qui est arcus. e. r. orbis reuolutionis erit notus.

Etiam in forma orbis centri egredientis hac separamus arcum. b. r. a puncto. b. quod est longitudo propinquois orbis centri egredientis. et ponamus ipsum notum: scilicet. 30. partes secundum illas quantitates. et protrahamus lineas. d. r. b. et t. r. et protrahamus perpendiculararem a puncto. d. super lineam. t. r. supra quam sint. d. k. Et quia arcus. r. b. est. 30. partes: angulus. r. t. b. secundum quantitatem qua sunt quatuor anguli recti. 360. partes: erit. 30. partes. et secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti. 360. partes: erit. 60. partes. Quapropter arcus qui est super lineam. d. k. erit. 60. partes secundum quantitatem qua erit circulus continens triangulum. d. t. k. ortogonium. 360. partes. et arcus qui est super. k. t. qui est residuum medietatis circuli: est. 120. partes. Linea ergo que subtendunt eis: scilicet. d. k. est. 60. partes secundum quantitatem qua erit diameter. d. t. 120. partes. Et chorda. k. t. secundum quantitatem eandem erit. 103. partes. 2. 5. minuta. Secundum quantitatem ergo qua erit chorda. d. r. due partes. 2. 30. minuta. et chorda. t. r. que est a centro ad circulum. 60. partes: erit linea. d. k. pars 2. 15. minuta. et similiter. t. k. erit due partes. 2. 10. minuta. et residuum erit. 57. partes. 2. 5. minuta. Et quia aggregatum ex multiplicatione cuiuslibet duarum linearum. d. k. et k. r. in se: est eque multiplicationi. d. r. in se: erit longitudo. d. r. 57. partes. 2. 5. minuta fere: secundum quantitatem qua est. d. k. pars 2. 15. minuta. ergo secundum quantitatem qua erit chorda. d. r. 120. partes:

erit linea. d. k. due partes 2. 3 4. minuta. 2 arcus qui est super ipsam erit due partes 2. 2 7. mi
nuta: fm quantitatem qua erit circulus continens triangulum. d. r. k. ortogonium. 3 60. par
tee. Quapropter erit angulus. d. r. k. due partes et. 2 7. minuta: fm quantitatem qua sunt duo
anguli recti. 3 60. partes. sed fm quantitatem qua sunt quatuor anguli recti. 3 60. partes: erit
pars et. 1 4. minuta fere. illud ergo est diuersitas. Et quia fm illas quantitates fit angulus
r. t. b. 3 0. partes: erit totus angulus. b. d. g. q̄ est arcus. g. b. orbis signoz. 3 1. partes et. 1 4. m̄.

A in eadem vel simili illius protraham lineam. b. d. 2 produca super eam perpen
dicularem a puncto. r. que fit. t. l. Si ergo nos posuerimus arcum. b. g. orbis signo
rum: qui est anguli. t. d. l. notum: erit proportio linee. d. t. ad. t. l. nota. Et postq̄ iam
sciuisi prius proportionem linee. d. t. ad. t. r. erit proportio. r. t. ad. t. l. nota. quapro
pter sciemus angulum. r. r. d. qui est diuersitas. Et sciemus angulum r. t. d. qui est arcus. b. r.
orbis centri egrediētis. **C** si nos posuerimus diuersitatem notam: per quod sc̄z intelligi
volumus angulū. r. r. d. sciemus propter hoc ecōtrario p̄portionē. r. t. ad. t. l. Et q̄z iā sciuisi
prius p̄portionē. r. t. ad. t. d. erit p̄portio. d. t. ad. t. l. nota. q̄ propter erit angulus. t. d. l. notus: q̄
est arcus. g. b. orbis signoz. Et erit idē angul⁹. r. t. b. q̄ est arc⁹. b. r. orbis cētri egrediētis not⁹.

A similiter in forma precedente circuli: cuius centrum est centrum orbis signoz:
2 circuli orbis reuolutionis: separabo arcum a puncto. t. quod sit longitudo pro
pinq̄ior: supra quem sint. t. b. 2 fit quemadmodum posuimus. 3 0. partes. et pro
traham duas lineas. a. h. 2. d. b. b. r. 2 producam perpendicularē a puncto. h. sup
lineam. a. g. que fit. b. k. Et quia etiam arcus. t. b. est. 3 0. partes: erit angulus. t. a. b. 3 0. partes
fm quantitatem qua quatuor anguli recti sunt. 3 60. partes. Et fm quantitatem qua sunt duo
anguli recti. 3 60. partes: erit. 60. partes. quapropter arcus qui est super lineam. b. k. circuli
continentis triangulum. b. k. a. ortogonium: erit. 60. partes: fm quantitatem qua est circulus
3 60. partes. Et arcus qui est super lineam. a. k. residuus medietatis circuli erit. 1 20. partes.
Et erunt chorda eoz sc̄z chorda. b. k. 60. partes: fm quantitatem qua erit diameter. a. b. 1 20
partes. Et chorda. a. k. fm illas quantitates erit. 1 03. partes 2. 55. minuta. Sc̄m quantita
tem ergo qua linea. a. h. erit due partes 2. 3 0. minuta: et linea. d. a. que est a centro ad circulu
60. partes: erit linea. b. k. pars 2. 1 5. minuta. Et similiter linea. a. k. due partes 2. 1 0. minuta
Et linea. k. d. residua. 5 7. partes 2. 5 0. minuta. Et quia aggregatum ex ductu cuiusq̄ earum
in se est equale ductui. d. b. in se. erit longitudo. d. h. 5 7. partes 2. 5 1. minuta fere: fm quan
titatem qua fuit linea. k. b. pars 2. 1 5. minuta. Sc̄m quantitatem ergo qua erit chorda. d. b.
1 20. partes: erit chorda. b. k. due partes 2. 3 4. minuta. Et arcus qui erit sup ipsam due par
tes 2. 2 7. minuta: fm quantitatem qua erit circulus continēs triangulum. d. b. k. ortogoniū
3 60. partes. Quapropter angulus. b. d. k. erit due partes 2. 2 7. minuta: fm quantitatem qua
sunt duo anguli recti. 3 60. partes. Et fm quantitatem qua sunt quatuor anguli recti. 3 60.
partes: erit pars vna et. 1 4. minuta fere. Illud ergo est quantitas diuersitatis. Et quia fm
quantitatem hāc angulus. h. a. k. est. 3 0. partes: erit totus angulus. b. h. a. qui est arcus visionis or
bis signoz. 3 1. partes 2. 1 4. m̄. Qd̄ ueniēns est quantitati quā iuenim⁹ in orbe cētri egrediētis.




A similiter cum protrahetur perpendicularis. a. l. supra lineā. h. b. et fecerimus ar
cum orbis signoz notum: qui est anguli. a. b. l. erit propter hoc proportio. a. b.
ad. a. l. nota. Et postq̄ iam prius sciuisi p̄portionem. h. a. ad. a. d. erit proportio
d. a. ad. a. l. nota. Quapropter erit angulus. a. d. b. qui est arcus. a. b. notus. qui
est quantitas diuersitatis. Et angulus. b. a. t. qui est arcus. t. h. orbis reuolutionis erit etiam
notus. **C** si nos etiā fecerimus arcū. a. b. qui est quantitas diuersitatis notū: qui est angu
lus. a. d. b. s̄it ecōtrario sciemus p̄portionē. d. a. ad. a. l. Et q̄z iā prius sciuisi p̄portionē. d. h.
ad. b. a. sc̄ies p̄portionē. h. a. ad. a. l. Quapropter erit angulus. a. b. l. q̄ est arcus visionis circuli
orbis signoz notus. Et angul⁹. t. a. b. q̄ est arcus. t. h. orbis reuolutionis not⁹. Jā gl̄claruit illud.

Capitulum Sextum De diuisione tabularum portionum particularium diuersitatis.



Sitq̄ sit possibile per hec capitula po

nerē multas tabulas diuersas partium quarum portiones diuersitatis
motū inuestigantur: 2 cognoscere eas: et diuidere ad ea que volumus
de inuentione quantitatum equationis diuersitatis: 2 diuisione eius q̄
breuissimo opere. Vidimus nobis sufficere ex hoc: ponere tabulas: in
quibus sint quantitates diuersitatis opposite arcibus motus medij q̄
lis. propter facilitatem 2 leuitatem illius in numeratione: cum earum incubuerit necessitas.
Et propter hoc elegimus vt operaremur in diuisione et separatione per prima capitula que
narrauimus numeroz 2 computationis: fm q̄ eoz p̄cessit declaratio cū lineis mēsuratis. 2 vt
poneremus portiones arcuum motus medij: sc̄z cuiusq̄ arcus portione diuersitatis. **C** di
co autem sermonem cōmūtem: q̄ duarū quartarum que sunt a duabus partibus longi
tudinis longioris solis 2 stellarū aliarū quāq̄ diuisimus in. 1 5. portiones equales. et



*... hinc dicitur motus medij ...
... diuersitas ...
... hinc dicitur motus medij ...
... diuersitas ...*

qui est arcus .r. b. orbis centri egrediētis: erit. 63. partes 2. 20. minuta. Cum ergo sol fuerit in equalitate autūnalis: tunc ipse p̄cedet longitudinē propinquoem que est in quinq; partibus 2. medietate partis sagittarij per motum suum medium. 63. partibus et. 20. minutis. Et elongatur a longitudine longiore: que est in quinq; partibus 2. medietate partis Seminozum per motum suum medium: fm̄ continuitatem signozum centum 2. sexdecem partibus et quadraginta minutis.

Et post declarationem horum: quia vna ex primis considerationibus equalitatis subtilissima 2. veracissima fuit consideratio equalitatis autūnalis in decimo septimo annoꝝ Adriani: in die septimo mensis arbus: qui est vnus mensium egyptiorum: post mediū diem per duas horas fere equales: Tunc manifestū est: q̄ solle in ea hora per motū suum mediū fuit elongatio a longitudine longiore in orbe centri egrediētis: fm̄ continuitatem signozum. 116. partes 2. 40. minuta. Et aggregantur ex annis qui fuerunt a principio regni Nabuch. vsq; ad mortem Alexandri quadringenti 2. vigintriqua tuor anni egyptij. Et a morte Alexandri vsq; ad principium regni Augusti. 294. anni. Et a principio anni primi annoꝝ regni Augusti egyptioꝝ: quod fuit in primo die mensis thut 2. in media die: eo q̄ equatio stellarū incipit a media die: vsq; ad decimū septimū annoꝝ: in Adriani. 2. ad diem septimū mensis arbus: qui est vnus mensium egyptioꝝ: post mediā diem per duas horas aequales: sunt. 161. anni: 2. 66. dies: 2. due hore equales. Ergo a principio primi annoꝝ Nabuch. egyptioꝝ: quod fuit in principio mensis thut: in media die vsq; ad horam in qua fuit hec equalitas autūnalis: aggregant anni egyptij octingenti 2. septuagintanoue: 2. sexaginta sex dies: 2. due hore equales. Et erit motus solis mediū in tempore huius equalis post projectionem reuolutionū integrarū. 211. partes 2. 25. minuta fere. Cum ergo nos addiderimus supra partes longitudinis solis a longitudine longiore orbis eccentrici: que (vt supra diximus) fuit in consideratione hac quam diximus: sc̄ equalitatis autūnalis. 116. partes 2. 40. minuta. 360. partes: que sunt partes reuolutionis vnus. 2. proiecerimus et eo quod aggregatur ex eis. 211. partes 2. 25. minuta: que sunt superflūū quod est inter duo tempora. remanebit loci motus solis mediū in principio primi annoꝝ Nabuch. 2. primo die mensis thut: qui est vnus mensium egyptioꝝ: 2. in media die: longitudo a longitudine longiore: fm̄ continuitatem signozum: per motum suum medium. 265. partes 2. 15. minuta. 2. illud erit in quadragesimo quinto minuto prime partis piscis.

Capitulum Nonum De computatione Solis 2. scientia certitudinis loci eius.



Notiens voluerimus scire locū solis

in vnoquoq; tpe questo: Assumemus quod aggregatur ex tpe loci solis vsq; ad tempus questo: per hōis alexandrie. 2. mitemus illum numerū in tabulas motus solis mediū. 2. accipiemus partes que opponuntur portioni cuiusq; numeroꝝ. 2. aggregabimus eas cum partibus loci solis que pro radice ponuntur. 265. partibus 2. 15. minutis et proiectionis ex eo quod inde aggregatur: reuolutiones integras. Quod ergo remanebit ex partibus proiectionis ex loco quinq; partū 2. medietatis partis geminoꝝ: qui est longitudo longior: fm̄ continuitatem signoz. 2. quo peruenit nobis numerus: ibi dicemus solis locum per motū eius medium. Deinde post hoc assumemus numerū illum: qui est temporis q̄ est a longitudine longiore vsq; ad locū solis per motum eius mediū: et inmetemus ipsum in tabulas diuersitatis solis: et assumemus partes que opponunt illi numero in area tertia. Cum ergo ceciderit numerus in area prima: q̄d erit cum fuerit ab vno vsq; ad. 180. partes: proieciemus eas ex loco solis per motum eius medium. Et cum ceciderit numerus in area secunda: quod erit cum transferit. 180. ad demus illud supra locum solis per motum eius mediū. Et ita reperiemus locum solis fm̄ certitudinem 2. visionem.

Capitulum Decimū De cognitione differentie. sc̄ que est inter diem Jomin vni 2. noctē eius: 2. diem Jomin alterum 2. noctem suam.



Quod autem videtur in sole solum

modo plurimū eius est quod iam narrauimus. Et sequitur illud: vt addamus supra ipsum paucissimis verbis q̄d ouenit nos premittere de diuersitate dierū cum noctibus suis: sc̄ de diuersitate que est inter diem iomin vnum cum nocte sua: 2. diem iomin alterum cum nocte sua. propter hoc q̄ quicquid narrauimus de motu medio: non fuit relatum nisi

Supra
Dijs astronomicis a mensibus incipiunt.
Et hoc intelligit mensis huius anni primus et Augustus esse ad se locum.
Intuendo ut si fieri solentur
tūc ut a q̄ debet fieri solentur
addendo est integer numerus vsq; ad
et deinde frangenda solentur. No
est tūc motus motus vltimo quod est
mediū reuolutionis vnus inter
mediū a radice solentur. 3. 00
motus motus quod est post ipsum
radice sed motus collectus addit
radice. Cuius est in promptu. 265 15
No. Astronomicis vltimo mensium
ab h̄ et hoc no. sicut ambalio
quib; alij vltimo. colliguntur. 20
No. in supradictis. conuolunt motus gemino
translatore sepe locos. No. p̄m
no. reuolutionis huius inter radice et
quod supra addendo est radice. Nouerit
frangenda
Supra ut supra. Augustus. 0
esse inuolunt.

Dictio

fm superfluitatem equalem: ac si dies cum noctibus suis essent equales aut equalium tem-
 porū non autem videtur ita. ¶ Jam vō innotuit nobis: q̄ reuolutio totius non est nisi fm
 equalitatem supra duos polos equationis diei. cuius principia sunt a p̄cto: 2 reuersiones
 eius ad ipsum: aut orbis horizontis: aut orbis meridiē. Manifestum est igitur: q̄ reuolutio
 totius vna est cuius principium est ab aliquo punctoꝝum equationis diei: quod fit in linea
 orbis horizontis: aut in linea orbis meridiē: donec redeat illud punctū ad ipsum. Et iōm
 vnus: sc̄ dies 2 noct eius: fm sermone absolutū: est tēpus cuius principii est ab inceptio-
 ne solis a puncto orbis horizontis aut orbis meridiē vsq̄ ad reuersionē solis ad illud punctū.
 Quapropter erit dies vnus medius cum nocte sua tempus in quo eleuantur ab orbe hori-
 zontis aut ab orbe meridiē tempora equationis diei. 3 60. oia: que sunt reuolutiōis vnius:
 2 augmentū eius q̄ eleuat ex eo cū. 5 9. minutis: que sunt de minutis vnius tēporis orbis
 centri egrediētiō: q̄ est cursus solis medius in die vna. Dies vō diuersus vnus cum nocte
 sua: est tempus in quo eleuātur ab orbe horizontis aut ab orbe meridiē tēpora equationis
 diei. 3 60. oia: que sunt reuolutiōis vnius: 2 augmentū q̄ eleuat de tēporibus cum cursu
 solis diuerso in die vna cū nocte sua. Nec ergo portio equationis diei addita supra. 3 60. tpa
 necessariō erit diuersa: nō equalis: p̄pter duas causas. Quaz vna est q̄ videt de diuersitate
 motus solis. Et altera: q̄ portiones orbis signozū equalēs non eleuantur ab horizonte: neq̄
 transeunt orbē meridiē cū t̄pibus equalibus. Diuersitas autē que est inter diem vniū mediu
 2 diē vniū diuersum: que est p̄pter has duas causas: erit in die vna cum nocte sua non sensibi-
 bilis. Cum vō aggregatur in diebus pluribus cum noctibus suis: est sensibilis 2 manifesta.

¶ Plurimū aut diuersitatis dierū: que est p̄pter diuersitatē motus solis mediū: nō erit nisi i
 vnaquaq̄ duaz medietatū orbis: que est inter duas lōgitudines medias: in quibus est mo-
 tus solis medius. Qd̄ est: qm̄ illud qd̄ est inter id qd̄ aggregat de t̄pibus dierū diuersoz cū
 noctibus suis: 2 inter id qd̄ aggregat de t̄pibus diez medioz cum noctibus suis: erit quoz
 tpa 2 medietas 2 q̄ta t̄pis fere: aut addita sup ea: aut oimnuta ab eis. Tpa autē que fit inter
 augmentū sup mediu: 2 diminutiōē ab eo: sunt duplū illius: qd̄ est nouē tpa 2 oimidiū t̄pis:
 p̄pter hoc: qm̄ qd̄ videt de trāsitu solis diuerso: cum fuerit in medietate in q̄ est longitudo
 longior: erit diminutiō eius quatuoz tpa 2 medietas 2 q̄ta t̄pis. Et cum fuerit in medietate
 orbis in qua est longitudo p̄pinq̄ior: erit augmentū eius quoz tpa 2 medietas 2 q̄ta t̄pis

¶ Plurimū vō diuersitatis dierū: que est p̄pter diuersitatē coz que eleuant 2 occidūt: non
 erit nisi in duabus medietatibus circuli q̄ inueniunt esse duo p̄cta uerfionū in vnaquaq̄
 duaz medietatū orbis signoz. Diuersitas nāq̄ que est inter tpa equationis diei: que eleuant
 cum vnaquaq̄ haz duaz medietatū: 2 iter id qd̄ videt de t̄pibus. i 80. equalibus: est diuer-
 sitas que est inter diē longiorē aut diē breuiozē 2 diē equalē. Et erit qd̄ est inter tpa que ele-
 uant cum vnaquaq̄ haz duaz medietatū diuersitas que est inter diē 2 noctē longiorē 2 in-
 ter diē 2 noctē breuiozē. ¶ Plurimū aut diuersitatis que erit p̄pter diuersitatē eleuationū
 in medio celi: erit in duabus lōgitudinibus 2 inētibz duo signa: que ambo sunt: aut a vna
 bus partibus cuiusq̄ punctoz duoz tropicoz: aut a duabus partibus cuiusq̄ duoz punctoz
 duaz equalitatū. Diuersitas autē que erit inter vniq̄q̄ coz que sunt apud ambos tropicos
 2 inter tēpus equalē: erit quatuoz tpa 2 oimidiū t̄pis fere. Sed diuersitas que erit inter vni-
 q̄q̄ coz que sunt apud ambas equalitates 2 iter vniq̄q̄ coz que sunt apud duos tropi-
 cos: 2 inter tempus equalē: erit nouē tpa. Vni nāq̄ coz minuit ex tpe equali: 2 aliud addit
 supra ipsum quantum est qd̄ minuit p̄mū. Quapropter posuimus inistū dierū 2 noctū in eq̄-
 tione cōputationis locoꝝ stellaz a medio celo: 2 nō ab eleuatiōibus solis: neq̄ ab occasibus
 ipsius. Diuersitas nāq̄ que videt apud horizontas: possibile est vt sit in horis pluribus: 2 nō
 sit illud ita in oi loco. Diuersificat nāq̄ illud cum diuersitate augmentū diei 2 diminutiōe
 eius in vnaquaq̄ declinationū s̄phere. Diuersitas vō que est in medio celi: est vna in oi loco

Nec̄ augef eius diuersitas sup id qd̄ aggregat de t̄pibus que aggregant ex diuersitate solis
 2 eleuationibus mediū celi. Et plurimū diuersitatis que erit ex aggregatiōe hor duoz
 modoz simul: quoz diuersitas est que est p̄pter solem: 2 ea que est p̄pter mediu celi: erit in
 duabus lōgitudinibus in quibus est diuersitas que est hor duoz modoz: aut cum augmē-
 to simul: aut cum diminutiōe simul. Locus autē diminutiōis est a medietate aq̄arii vsq̄
 ad finē libz. 2 locus augmenti est a principio scorpij vsq̄ ad medietatem aq̄arii: p̄pter
 hoc q̄ plurimū qd̄ addit vnaquaq̄ harū duaz portionū aut minuit p̄pter diuersitatē solis
 est tria tpa 2 due tertie t̄pis. Et p̄pter mediu celi: quatuoz tpa 2 due tertie t̄pis fere: donec sit
 plurimū qd̄ aggregat ex diuersitate dierū cum noctibus suis aggregatū ex duobus modis
 simul in vnaquaq̄ duaz portionū. Qd̄ aut est inter ipsaz 2 inter mediu: est octo tpa 2 tertia
 temporis: que sunt medietas vnius hōz equalis 2 vna decem 2 octo partū hōz. Qd̄ autē
 est inter dies cū noctibus suis augmētatos 2 diminutos: est duplū illius sc̄. i 6. tempora et
 due tertie t̄pis: qd̄ est vna hora equalis 2 nona pars hōz. Nec vō quāritas cum dimissa suz
 erit in sole 2 stellis alijs: non eueniet p̄pter eius dimissionē quantitas sensibilis in inquisi-

Reuolutio vna quid

Dies naturalis absq̄ t̄pibz q̄

Dies vnus q̄

Dies diuersus q̄

*Quis vnus facit dies diuersus
in q̄libz*

*Vbi vnus diuersus q̄
in t̄pibz*

*Vbi vnus diuersus q̄
in t̄pibz 2 t̄pibz*

*Cuius vnus diuersus q̄
in t̄pibz*

*Quis vnus diuersus q̄
in t̄pibz*

Quis vnus diuersus q̄

*Quis vnus diuersus q̄
in t̄pibz*

Notabile quidam

riore eoz in aliquo eoz que videt. In luna aut ppter velocitatē sui cursus erit diuersitas manifesta sensibilis: scz erit quasi tres quinte vnius partis.

Ad hoc aut vt possimus dies conuertere cū noctibus suis tpales diuersos vatos: qui sunt in qualibet vnaqz medietatē vnaqz lōgitudinē: scz qui sunt a medietate diei aut a medietate noctis: vsqz ad medietatē diei aut vsqz ad medietatē noctis: et facere eos dies medios equales: Considerabimus quāta sit longitudo diei cū suis noctibus: que est inter locum primū notū: in quo fuit sol: et inter locū eius secundū: ad quē puenit in illis diebus cum noctibus suis. et in quo loco partū orbis signoz fuit: et ad quē peruenit per cursum mediū et per cursum diuersum. Deinde post hoc assumemus qd ex partibus erit inter duo loca per motū solis diuersum qui videt. et mittemus illud in tabulas eleuationis ipbere recte. et considerabimus quorū tpa equationis diei quibus celū mediat: sint eozam ipsa Deinde assumemus superfluum qd erit inter illa tpa inuenta et inter partes motus mediū: et vsqz debitis quantitatē illius superflui: quota scz pars sit vnius hore equalis. et seruabimus ipsam. Cum ergo fuerit numerus tempoz maior longitudine partū motus mediū: addemus illud numero diei cum noctibus suis positoz. Et cum ille fuerit minor: minuemus ipsum ex numero diez. Qd ergo prouenit post augmentū vel diminutionē: est qd comprehensum est et puenit ex diebus diuersis in dies equales cum noctibus suis. Per hos ergo dies comprehensos equabis cōputationē lune per motum suū mediū: qui est in tabulis lune. Et hoc manifestū est nobis: qd cum vcluerimus cōuertere dies medios equales cum noctibus suis in dies tpales diuersos cum noctibus suis: assumemus augmentū illoz tempoz: aut diminutionē ipsoz: et operabimur per ipsum sin conuersionē eoz que narrauimus. **S**uit aut locus in quo fuit sol fm cōputationē nostram in principio annoz Nabuchodono. in prima die mensis thut: qui est ex mensibus egyptioz: in media die: per motū eius mediū (sicut iam ostendimus ante hoc parum) in quadragesimo quinto minuto prime partis piscie. Et per motum suum diuersum in tertia parte et octauo minuto piscie fere.

Expleta est dictio Tertia Almagesti Ptolemei Pbeludiensis.

Quam addideris sup annos iazdaiart et menses et dies eius. 955 annos et tres menses: erunt qui pueniūt anni Alexandri: per quos intraui in canonē theonis alexandrini. Et cum addideris annis iazdaiart et mensibus eius et diebus. 1379 annos et tres menses: erunt qui prouenerint anni Nabuchodo. qui sunt anni per quos intraui in hunc librum.

¶ Serie annorum.	¶ Seria
¶ Primus dies annorum Alexandri	2
¶ Primus dies annorum Philippi	1
¶ Primus dies annorum Nabuchodonosor	+
¶ Primus dies annorum Dilonij	5
¶ Primus dies annorum Arabum	5
¶ Primus dies annorum Iazdaiart regis persarum	3
¶ Primus dies annorum Diocletiani	5

¶ Reductio erarum.	Anni	Menses	Dies
¶ Quod addunt anni Alexandri super annos Libani	311	3	2
¶ Quod est inter annos Philippi et annos Iazdaiart	955	3	0
¶ Quod est inter annos Philippi et annos Arabum	945	3	26
¶ Quod est inter annos Dilonij et annos Iazdaiart	3735	10	23
¶ Quod est inter annos Nabuchodono. et annos Iazdaiart	1379	3	0
¶ Quod est inter annos Alexandri et annos Arabum	932	9	17
¶ Quod est inter annos Libani et annos Arabum	621	6	15

**CLV. Ptolemei Phylidiensis Dictio
Quarta libri Almagesti Undecim ca-
pitulis rite fabricata succedit.**

- Capitulum primū ex quibus Considerationibus oporteat esse investigationem Lune.
- Capitulum secundum de scientia temporum revolutionum lune.
- Capitulum tertium de scientia diuidendi motus lune medios.
- Capitulum quartū de positione tabularū in quibus sunt motus lunares medij.
- Capitulum quintum de duobus modis: scz modo centri egredientis & modo orbis reu-
lutionis in motibus lune significantibus rem vnam.
- Capitulum sextum de demonstratione diuersitatis motus lunaris prime singularis.
- Capitulum septimum de equatione medij cursus lune in longitudine & diuersitate.
- Capitulum octauum de equatione loci motuum lune mediorū in longitudine & diuersitate.
- Capitulum nonum de equatione cursus lune medij in latitudine & principio sui.
- Capitulum decimū de positione computationis & tabularū diuersitatis lune singularis.
- Capitulum undecimū q̄ quantitas diuersitatis lune non est propter diuersitatē duorū
modorū sed p̄pter diuersitatē cōputationis & fallacie estimatiōis in sermone Abzrachis.
- Capitulum Primum Ex quibus considerationibus oportuit esse inuestigationes lune.

In his partibus vniuersi orbis cōsideratiōis.



Am narrauimus et demon-

strauimus in dictione que est ante hanc: totum qd contin-
git in motu solis. Et postq̄ volumus incipere post illud
fm q̄ sequitur loqui de motu lune: Vidimus q̄ primū
per quod oportet nos inquirere illud ex cōsiderationibus
est vt non fit illud fm tenationē. sed quidem in comprē-
hensione illius totius oportet vt assumamus demonstra-
tiones que non sunt ex longitudine temporum tñ: sed
sunt ex ea & ex horis in quibus etiam fuerunt eclipses lu-
nares. Per has nāq̄ nō reperiuntur loca lune fm veritatē
sem. In toto enim quod videtur ex alijs considerationi-
bus: scz que sunt aut ex loco lune a stellis fixis in cursu
suo: aut propter instrumenta: aut propter eclipses solis:

possibile est vt sit error magnus: propter diuersitatem aspectuum lunarium. In comprē-
hensione autem partium illius: et diuisionem eius per illas considerationes et per confide-
rationes alias comprehenditur illud. Longitudo enim que est inter spheram lune et inter
centrum terre: non est equalis longitudini orbis signozum: ita vt sit quantitas magnitudi-
nis terre apud ipsum sicut plinicum. Necessarium est ergo vt non fit linea que producitur
a centro terre: qd centrum est orbis signozum: & transit supra centrum lune vsq̄ ad partes
orbis signoz: ad quem cōsiderant vere transitus omnium stellarum: fm sensum in omni boza:
equalis linee que producitur a loco faciei terre: scz linee aspectus oculorū: que producitur vsq̄
ad centrum lune: supra quam videtur lune transitus visibilis. Cum ergo fuerit luna supra
summitatem capitis cōsideratoris: tunc nō erunt due linee vna: scz que protrahitur a centro ter-
re: & ab aspectu cōsideratoris: vsq̄ ad centrum lune: & vsq̄ ad orbem signoz. Sed cum fuerit
luna inclinata quolibet modo a summate capitis cōsideratoris: diuersificabunt se due linee: et
secabunt se fm quantitatem declinationis lune. Quapropter non erit cursus lune visibilis
equalis vtro: qm visus mouetur & deprimitur ad locum post locum diuersum a locis orbis
signoz: quos separant linee que transeunt per centrum terre: super quem cadunt visus fm
quantitatem angulorū qui sunt ex declinatione earum lineaz & sectione earum. Ex hoc igit
accidit in eclipsibus solis: que sunt propter transitum lune & tegumentū solis ab oculis: cum
eciderit in vmbra p̄ncali: que est inter oculos & inter solem: vt fiant tenebre diuerse a prin-
cipio sui vsq̄ ad finem eius. neq̄ sint fm habitudinē vnam in omni loco: neq̄ in magni-
tudine: neq̄ in temporibus: propter causas quas predictimus: q̄ luna per eas cooperit solem
tunc que ex eo cooperiuntur loca diuersa corporis eius. In eclipsibus autem lunariis
nihil eorum accidit que contingunt propter diuersitatem aspectuum lunarium. Aspectus enim
oculorū non est causa eorū que accidunt lune ex eclipsi. Luna autem non illuminatur nisi a
lumine solis. sol ergo semper illuminat supra rotam medietatem spherę eius oppositam soli
& in quibusdam temporibus videtur tota luna plena lumine: qm medietas spherę eius illu-
minata: est tunc tota inclinata nobis: facie eius ad nos versa. Cum autem fuerit oppositio
lune & solis: in qua erit casus eius in vmbra terre p̄ncali: cuius reuolutio semper est contraria
reuelutioni solis: tunc tenebrabitur & minuetur ex lumine eius fm quantitatem qua cadit in

*In partibus lunariis cōsideratiōis est vna
vnde alie cōsideratiōis*

Causa diuersitatis aspectus lune

Cursus lune variabilis visibilis

Eclipse solis vnde

Cursus eclipsis lunaris visibilis

Dictio

*Non hoc quod in hoc tractatu dicitur de diversitate
longitudinis est in longitudo
quod in diversitate dicitur
Marius in libro de diversitate
iniquitate*


*Tempus quodlibet hyperbolicum est
in diversitate*

*Quodlibet tempus hyperbolicum
in diversitate*

*Non Modus antiquiorum in diversitate
est in diversitate
si autem in diversitate
in diversitate
fit in diversitate
Nulla est in diversitate
in diversitate
in diversitate*

sunt equales. Et per hoc declarabitur diversitas, quoniam per longitudinem huius temporis erunt mensurae semper equales: et revolutiones in longitudine equales: scilicet quatuor milia sexcenta et vndeque cum quibus erit partes equales trecenta et quinquaginta duae et medietas partis: scilicet quod sequitur ex diuisione lune cum sole. Per diuisionem scilicet intelligimus diuisionem et oppositionem. Si aliquis dixerit: Non inquiri numerum mensuram ab eclipsi lunari ad eclipsim lunarem, sed inquiri quod est a diuisione usque ad diuisionem sibi equalis: aut ab oppositione usque ad oppositionem sibi similem, reperiet numerum reductionis diuersitatis: et numerum mensuram minoris: cum acciperit numerum unum commune in his duabus longitudinibus: numerante eas: qui est vna decem et septem partium cuiusque earum que aggregat ex numero mensuram: scilicet ducentorum et quinquaginta: unius: et ex numero reuersionum diuersitatis: scilicet ducentarum et sexaginta noue. In hoc autem tempore non complent reuersiones latitudinis. Alternatio namque eclipsium non demonstrat feruare equalitate nisi cum quantitate longitudinis temporis: et revolutionum que sunt in longitudine: et non cum quantitate magnitudinis: neque cum quantitate similitum tenebrarum: quibus comprehenditur latitudo.

Dicitur etiam que iam premissa sunt de comprehensione scientie tempore reuersionum diuersitatis: posuit Archibus longitudines mensuram in quibus fuerunt eclipses similes in omni modo: scilicet in magnitudine in temporibus tenebrarum: in quibus non fuit aliquid diuersitatis: propter diuersitatem lune. propter hoc declarabitur reuersione lune in latitudine. Et manifestum est quod hoc reuolucio complectitur cum quinq; quadringentis et quinquaginta octo mensuribus: et revolutionibus in latitudine quinq; milibus nongentis et viginti tribus. Modus autem quo opati sunt antiqui: qui fuerunt ante nos in comprehensione huius inuentu est cum veritate: scilicet quod ipsum est equalis. Dico ergo primum: quod in eo non est vilitas: nisi si sol fuerit aut non habens diuersitatem: aut fuerit eius diuersitas vna in vna quaque duarum longitudinum: Si enim non fuerit ita: et fuerit propter solem diuersitas: quemadmodum predictimus: tunc ex revolutionibus solis reuoluciones equales non erunt etiam in temporibus equalibus. Et manifestum est: quod neque revolutiones equales: que sunt ex revolutionibus lune: erunt etiam in temporibus equalibus. Cum enim fuerint verbi gratia tempora annorum integrorum equalia: quorum principia sunt ab vna quaque duarum longitudinum mediarum: et cum eis fuerit tempus medietatis anni superfluum: et in hac medietate non fuerit principium motus solis: sed fuerit aut a longitudine prima: que est transitus medius: scilicet a periclis: aut a longitudine secunda: que est transitus medius: scilicet a virgine: tunc sol minuet de medietate circuli sui in suo transitu a longitudine longiore quatuor partes et medietatem et quartam partis fere: et in transitu suo a longitudine secunda addet illas partes: que sunt quatuor et medietatem et quartam. Quia propter erit cursum lune in temporibus equalibus post revolutiones integras a longitudine prima centum et septuaginta quinq; partes et quarta partis: et a longitudine secunda centum et octuaginta quatuor partes et medietatem et quarta partis. Dico ergo primo: quod primum quod accidit in longitudinibus propter solem: oportet ut aut sit sol octiduum revolutiones integras: aut ut superfluat in vna duarum longitudinum medietate circuli: que est a longitudine longiore: aut ut sit principium motus eius in vna quaque duarum longitudinum a loco vno: aut ut sit eius longitudo a longiore longitudine et a longitudine propinquiore equalis in eclipsi prima in longitudine prima: et in eclipsi secunda in longitudine altera. Sic ergo aut non erit diuersitas: aut erit diuersitas vna propter diuersitatem solis in vna quaque duarum longitudinum. Quapropter erunt arcus qui superfluent equales: scilicet aut equales ad inuicem: aut equales et equales medietate. Et dico secundo: quod nos oportet loqui in cursu lune que similia sunt eis que predictimus de scientia in cursu solis. Si enim illud remanserit non comprehensum: possibile etiam erit ut luna videatur secare multoties in temporibus equalibus arcus equales in longitudine absque reuersione que fit diuersitatis lune omnino: et erit illud cum fuerit principium cursus lune in vna quaque duarum longitudinum: ab vno loco: ubi erit cursus eius augmentatus: aut cursus eius diminutus: neque reuertet ad ipsum. Et hoc cum fuerit principium cursus eius in vna duarum longitudinum a loco cursus maioris: et finis eius ad locum cursus minoris: et in longitudine altera: cum fuerit principium cursus eius a loco cursus minoris: et finis eius ad locum cursus maioris. Et cum fuerit principium cursus primi: qui est in vna quaque longitudinum: et principium cursus alterius qui est in longitudine altera: equalis longitudinis ab vno quocumque duorum locorum: scilicet a loco cursus minoris: et a loco cursus maioris. Cum ergo fuerit vnum quodque duorum que predictimus quemadmodum narrauius: fiet ut aut non sit lune diuersitas: aut ut sit diuersitas vna. Quapropter erunt arcus superfluentes qui sunt in longitudine equalis. Reuersio vero diuersitatis non erit omnino: non ergo oportet ut accidat in his temporibus acceptis aliquid horum acciden-



*Quodlibet tempus hyperbolicum
